













1736.

1. Baderus, Christianus Fulliel: De iudiciis officialium haere-  
di'ariorum procerum et provinciarum regum Germani-  
ae
2. Engen, Jo. Rudolphus: De regionum pontium sanctitate  
(ac simul et praedictiones suas involvat.)
- 3<sup>et</sup> Engen, Jo. Rudolphus: De blasphemis illiusque crimine.  
(ac simul et praedictiones suas involvat.) 2 Saempt
- 4 Engen, Jo. Rudolphus: De pontium regionum iuribus
- 5<sup>a, b, c, d.</sup> Estor, Joannes Georgius: An dubitationem cesset prop-  
ter secundas nuptias. 4 Saempt 1736, 1742

1758.

6. Heimbürgius, Jo. Casparus: De his, qui in ultima  
voluntate per scripturam privatam declarate  
suis causis relinquuntur.
7. Hertelius Jo. Fredericus: Professio academica: De harmonia  
praedictata iuris et iustitiae, qua praedictiones suas  
indicit.

1736.

- 8<sup>a. et</sup> Hertelius, Jo. Fridericus: De principitate. 2 Saempl. 16<sup>a</sup>
9. Hertelius, Jo. Fridericus: Programmata: De studi legalis  
muto et more variande, Jo. Christiani Guccelii  
... disputationis inaugurali - . . . praemissum.
10. Hertelius, Jo. Fridericus: Programmata: De conjugio  
mystico principis et populi, Joannis Georgii Hertii 16.  
disputationis inaug. . . . praemissum.
11. Hertelius, Jo. Fridericus: Programmata inaug: De sacerdotio 17<sup>a</sup>  
politico rerum sacrarum . . . , Joannis Eluae Leopoldi  
Herranti . . . disputationis inaug. . . . praemissum.
- 12<sup>a. et</sup> Hertelius, Jo. Fridericus: De jure glandis legendae. 2 Saempl. 18<sup>a</sup>
13. Hertelius, Jo. Fridericus: De genuino ~~et~~ sensu legis C. de  
de verb. signa.
- 14<sup>a. et</sup> Hertelius, Jo. Fridericus: Programmata inaug.,  
quo representatur imperator sol pontificis et episcopo-  
rum, Joannis Jacobi Schmarzji, disputationis inaugurali  
. . . praemissum. 2 Saempl.



1736

15. Hertzigius, Georgius Ludovicus: Consultatio . . . de questione: An hereditas iuvitatio, legatio praemortis, valeat verbis: Favoleus reliqua omnia bona lego . . . quam publicavit, quibus et Disputationes de elementis juris civilis, a . . . Joh. Gottl. Heineccius . . . conscriptis . . . as. Din. das . . . in. tar. et.

16. Kemmerichius, Diet. Helm: De judiciis nunciaturae, quem vocant, apostolicae in Germania ad Capit. Caes. Art. 14.

17. Kemmerichius, Diet. Helm: Programma: De iure foresti nobilitatis imp. immediatis . . . competente, Dissertationi . . . Iusti Georgii Heuseri . . . praemissum - 2. Sempl.

18. Kemmerichius, Diet. Helm, Coll. jus. prodecaus: Programma: De feode testamentorum . . . diversis; Dissertationi in ang. Fr. Caroli Langguthii . . . praemissum.

1736.

19. Kummerichius, Diet. Hermannus, Fac. jur. decanus:  
Programma: de iusto causarum vere priarum favore  
Dissertationi in unq. . . Georgii Philippi Ruppelii.  
praemissum.
20. Schaumburg, Ioannes Gottfried: De facto veterum veterum  
duplici officio, praefatus, et eundem orationem  
... invitatus, qua professionem juris ordinariam  
sibi . . . mandata . . . suscipiabitur.
21. Schaumburg, Io. Gottfried: De natura privilegiorum  
tam gratiosorum quam conventionalium.
22. Witzius, Fr. Christianus: De bonis solidorum Brunsv.  
censuum et Lunenburgensium eorumque essentialibus et  
naturalibus.
23. Wedelius, Ioannes Christophus, Fac. med. decanus: Proseptica  
in unq: de meliori modo parandi embolus hydrostaticum  
aliam communicationem <sup>II</sup> facti solenni Augusti Casperi Looscheri  
(praemissum).



1736, 8<sup>b</sup>  
13

Q. D. O. M. B. V.  
DE

# PRIMIPILATV

Oder:  
Vom Commissariat = Rente.

AVCTORITATE  
PERILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDIO  
MAGNIFICI ET CONSVLTISSIMI

**IO. FRIDERICI HERTELII, IC.**

ANTECESSORIS APVD IENENSES CELEBERRIMI CODICIS ET NOVELLA-  
RVM PROFESSORIS CVRIAE PROVINCIALIS COLLEGII ICTORVM  
ET SCABINATVS ADSESSORIS

AD OBTINENDAM DOCTORIS DIGNITATEM

AN. A SOT. NAT. ∞ IO CCXXXVI. D. XI. AVGVSTI

DISPVTABIT

A V C T O R

**IO. CHRISTIANVS GOECKELIVS**

ISNACENSIS, H. T. SOC. LAT. AB EPISTOLIS.



IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI

verue-  
em ad  
spien-  
derunt  
annus  
Paters  
anzu-  
m der  
icht iu-  
erord-  
nt be-  
pater-  
abr the  
s anni  
elbiges  
li alia-  
celesiac  
si vi-  
edatur.  
o iudic  
in etne  
R. W.  
ex ipia  
i patri-  
antillir-  
mentur,  
patri-  
mas pa-  
ti mei  
tem ca-  
ne dicta  
pagellis  
modius  
me tam  
carere

Scribe-  
xvi.





PRIMIPALTV

ALL LETTERS SERENISSIMA

PERILLI VSTRICTO M ORDINIS

FRIDERICUS

HENRICO

ADGETHENSIS DOCTORE DISCIPULUM

IO. CHRISTIANVS GOEKELIVS



RENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI



ALL' ALTEZZA SERENISSIMA  
DI  
GUGLIELMO  
HENRICO  
DUCA DI SASSONIA-ISNACO  
ETC. ETC. ETC.









ALTEZZA SERENISSIMA  
PRINCIPE CLEMENTISSIMO



ON deve l' A. V. SERENISSIMA  
maravigliarsi, s'io me l' inchino  
col mettere a' suoi piedi un par-  
to imperfettissimo della mia  
Musa ancor pargoletta, come  
un sacrificio della mia profon-  
disima seruitù, essendo piu,  
che persuaso, ch'un Principe tanto gratioso, e cle-  
mente



mente non può, se non spalancare il grembo alle grazie col protegger le lettere, e colmar di mille beneficenze i seguaci delle medeme. Conosco molto bene il basso volo della mia tenue penna, e la puerizia del mio ingegno, che non pretende di sollevarsi fin al cielo degli honori di V. A. SERENISSIMA; temendo qual altra cera audace stemprarsi all'ardore d'una sfera così risplendente. Tante, e sì Heroiche sono le attioni di V. A. SERENISSIMA, non macchiate d'alcun neo d'imperfettione; tanta è la sua sapienza nel saper regnare; tanto intenso l'amore verso la patria, ch' il proprio paese si gloria di vivere in una perfetta abbondanza, & per ciò tenuto di amare reciprocamente questo benignissimo suo TUTELARE e clementissimo AVTORE della propria felicità. Di LEOPOLDO Cesare viene scritto, che 'l suo cuore sia stato un cumulo di tutte le virtù, e c' habbia sostenuto il titolo di Felice, di Pio, di Giusto, di Magnanimo, di Clemente, di Generoso. Il di cui carattere, e perfettissimo modello scorgo nella persona di V. A. SERENISSIMA. La grandezza delle di LEI glorie, lo splendor dell' Augustissima casa, e degli irrovittissimi Antenati, la fama del gran merito de' talenti divini tanto della natura, quanto dell' arte di V. A. SERENISSIMA, la somma clemenza verso gli afflitti, la santità della vita per servir agli altri  
d' esem



d' esempio, il zelo fervoroso verso le virtù per far-  
le impadronire del cuore de' sudditi, e la pietà lode-  
vole, accompagnata da una saviezza, e Leggadria  
indicabile, hanno di già inalzato il di LEI nome au-  
gustissimo con penne d' aquile fin al Polo, l' eter-  
nità sendo interamente occupata con gl' inchiostri,  
i quali non muoiono giamai. Il cielo favorisce  
l' A. V. SERENISSIMA col piovere, anzi diluviare  
nel di LEI seno una rugiada di grazie, che serve di  
vera salute alle calamità, e miserie de' sudditi, ed  
il di LEI governo è a somiglianza del grand' Oceano,  
da cui scatoriscono, e colano immensi rivoli di cle-  
menza, e benignità sopra del popolo. Queste due  
ragioni haverebbero potuto distornarmi dal mio  
concepito disegno, voglio dire, l' altezza del perso-  
naggio dal canto suo, e la bassezza dell' offerta dal  
canto mio. Niente di meno rammemorandomi quel  
che vien detto di LICVRGO, il quale voleva che s' of-  
ferissero ai Dei cose ancorche minime fossero, per  
non mai cessar d' honorargli: pure ardisco d' of-  
frirle questo parto immaturo del mio debbole in-  
gegno. Chi biasimerà per tanto la voglia intenta  
solamente di sodisfare in qualche parte al mio dove-  
re come suddito? e chi non iscuserà la mia intrapre-  
sa, benchè ardata? Non pretendo d' ugagliar al suo  
gran nome la penna, perchè ella tanto alto non sale,

GOEPLITZ




ne pretendo tentare di consacrarle uno scritto degno  
d'esser ricevuto sotto la sua tutela; sapendo pur  
troppo, che ai Grandi gli si deve anche il grande.  
Ma saranno solamente queste debboli righe un segno  
della mia devotissima ubbedienza, le quali altra ri-  
compensa non pretendono, ecetto quella, di fissarve  
un sguardo gratiosissimo per renderle fortunate, co-  
me pure di degnarsi per mera sua clemenza ascri-  
vermi nel registro de' suoi fedeli ed ubedientissimi  
servidori e sudditi. Su questa speranza me l'in-  
chino, e con ogni dovuta sommissione LE bacio il  
tembo delle vesti.

DI V. A. SERENISSIMA  
PRINCIPE CLEMENTISSIMO

Genà il di XI. Agosto  
1719 CC XXXVI.

*humilissimo ed ubedientissimo  
servidore et suddito*  
GIOVANNI CHRISTIANO  
GOECKELIO.





## PRAEFATIO

CONTINENS

DVBITATIONES QVADAM DE ADPLI-  
CATIONE ORDINIS MATHEMATICORVM  
IN IVRISPRVDENTIA.



**S**TSI ex eorum numero non sum,  
beniuole lector, quibus totum  
displicet in iurisprudencia philo-  
sophari: numquam tamen a me  
impetrare possim, ut tam acu-  
tis sophiae indoctoribus adsen-  
tiar, qui nihil arbitrantur rationi  
conuenientius, uel ordine ad res  
melius intelligendas magis ido-

neo uel dici, uel scribi posse, nisi Mathematicorum  
exempla sequentes, definitiones, axiomata, postulata,  
theoremata, problemata, lemmata, & reliqua, uinculo  
quodam arctiori inter se colligemus. Licet quidem  
unicuique iuris studioso, et magistro ea, quae in iu-  
risprudencia perplexe, et non satis adcurate scripta  
sunt, clarius definire: sed qui, malum, fieri potest, ut  
omnia ob tantam rerum multitudinem, et uarium fac-  
tius uocabulorum et negotiorum usum recte definiantur?

A

tur?



tur? Quod si putaueris, te tandem completum, ut aiunt, characterem inuenisse: sexcenta tibi occurrent exempla, ad quae tua definitio adcommodari non potest. Quid quaeso de enunciatis dicam? quorum bona pars tam uaga, et dubia est, ut ne nomen quidem axiomatum mereantur. Non ignoro, hunc scribendi ordinem in philosophia multum utilitatis adtulisse, adeo, ut qua meliori docendi scribendique ratione pertractatae, eo magis liberales artes et litterarum studia creuerint: paullo tamen remissius eo in iurisprudentia utendum esse puto, propter ea, quod iurisprudentiae cum philosophia non idem sane cognoscendi principium intercedat, aliaeque causae sat graues obstare uideantur. Quicumque enim iurisprudentiae Romanae uim et potestatem intelligere cupit, historiam huius artis diligenter tractet, oportet, status reipublicae Romanae rationem ex assè cognitam habeat, conditiones historicas, quantum quidem fieri potest, singulorum legum examinet perspiciatque, quibus rationibus legislatores Romani ad hoc uel illud sancendum adducti fuerint, et quo modo factum sit, ut iurisconsulti subtilitates, saepius ab omni ratione alienas, excogitauerint, diligentissime secum reputet et haec pertinent ad pertractandam iurisprudentiam Romanam. Quo de argumento perspicaces et litteratissimi homines iussus egerunt: GERARD. NOODT in *oratione de causis corruptae iurisprudentiae*; IANVS VINCENTIVS GRAVINA in *oratione de iurisprudentia*; GEORG. BETER, ANT. SCHVLTING, CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANN, aliique. Quam multa autem in his nos figiant seu obscura et tortuosa sint, quilibet eius doctrinae haud plane expers satis inteliget. Vid. CVIACIVS *obseru. lib. 8. cap. 12. idem obseru. lib. 17. cap. 15.* qui egregie hanc rem disputat. L. 9. π. *de religiof.* RADVLPHVS

FOR-



FORNERIVS *Rev. quotidian. lib. 3. cap. 23.* Quis deinde sic elate et superbe de iuris Romani maiestate sentiet, arbitrans, nullas in tanto corpore ex tot pugnantium inter se iurifconsultorum \* libris collecto, et a pluri-

\* Exinde novum etiam contra eos, qui in iuris prudentia nimium philosophantur, argumentandi modum perspicimus, considerantes maximam eorum librorum partem perditam esse. Antiquissimum exemplum commemorare liceat iuris PAPIRIANI. Quis enim vel mediciter e schola iurifconsultorum edoctus ignoret? hoc ad explicandam nostram iuris prudentiam, vel repugnante VLDARICO ZASIO, multum utilitatis adferre, quum tamen plurima ex eo nobis ignota sint. *L. 1. π. de legat. L. 2. cod. de iur. iur. emulean. vid. Illustr. STRVVI histor. iuris c. 1. §. 5. p. 15. SCHVBARTNS de fati iuris prudentiae, exerc. 1. §. 45. 46. 47.* Licet fragmenta quaedam ab ANTONIO AVGVSTINO, CONTIO, EVLVIO VRSINO, PANDVLPHO, PRATEIO, FRANCISCO MODIO, STEPH. VIN. PIPHIO in *annalium Romanorum lib. I.* IVSTO LIPSIO, aliisque eruditis, una tamen cum commentario, quem scripsit GRANIVS FLACCVS, auctore PAVLO ICTO *L. 144. π. de V. S. fere interit.* Quid? quod si IACOBO RAEVARDO fides habenda est in libro singulari, de *auctoritate prudentum* scribenti, ex toto IVRE PAPIRIANO unquam tantum modo legem in libris iurifconsultorum apud PAVLYM extare, ubi in hunc modum scriptum sit: GRANIVS FLACCVS in libro de IVRE PAPIRIANO *seribus pellicem nunc vulgo nocari, quas cum eo, cui uxor sit, corpus miscet. nerior nostra esset sententia.* Est autem ea lex NUMAE POMPILII: PELLEX ARAM IVNONIS NE TANGITO. SI TANGET, IVNONI CRINIBVS DEMISSIS, AGNVM FOEMINAM CAEDITO. Quod si



bus architectis compilato plane non superesse contrarierates? \* Accedit, quod uocabula, ut iam dixi, in ipsa hac scientia uage nonnunquam posita sint, et modo hanc, modo aliam rem significant, atque diuersa iura efficiant, quippe quae ex uno tamen uocabulo, cui secundum praecepta artis Dialecticae sensus constare debet, fluere non possunt. Longum esset exempla commemorare, quum ubique occurrant. At enim, inquires, ipsa iuris scientia aeternis naturae hominis praeceptis suffulta *L. 6. n. de iust. et iur.* eodem etiam modo, quo ius naturae pertractatur, pertractari potest. Maior uero lux in hoc non adfulsit, quam ex quo Mathematicorum ordine explanatum est, itaque etiam in illo feliciter adhibebitur. Ego quidem non infitior, ius civile in se continere multas iuris naturalis praeceptiones, idque causae esse, cur excellentissimi iurisperiti illud summis laudibus ad caelum usque extulerunt. Redeamus ad prima tempora, nonne de legibus regis iam dicitur: ea, quae ad ius naturae pertinerent, ROMULVM; quae ad ius gentium, NUMAM POMPILIUM, et SERVVM TULLIUM; quae ad ius civile, constituisse. TACITVS *Ann. lib. III. cap. 26.* id non obscure innuit. Laudationes iurisperitorum de praefantia

per omnes iuris uicissitudines ire uellem, pateret adhuc melius nostra propositio. Sed reliqua in alia tempora.

\* Videantur et diligenter legantur HOTTOMANNVS *anti-Triboniano epist. XVI. pag. 159.* THOMASIVS *in delin. §. XLVIII.* IOANNES IACOBUS WISSENBACHIVS *in exercit. ad n.* qui plures LL. inter se pugnantibus adnotauit. ANTONIVS MATTHAEVS *in dissert. de antinomiiis*, ECROLT *in diss. de antinomiiis*, IO. OLDENDORPII *antiquaria*, BOECKELMANN, *de antinomiiis iuris civilis*, aliique.



stantia iuris Romani non paucae; GRAVINA, doctor Romanus, in *orat. ad Imperat. Moscou.* ob id introducendum esse in Moscouiam ius ciuile dixit, quod esset ipsa ratio. DVARENVS nullum librum, inquit, uel Graecum, uel Latinum existere, qui tantum rerum bonarum, atque utilium complectatur, quantum hoc iuris Iustiniani corpus: et GIPHANIVS arbitratur, post sacrum codicem hoc libro nullum praestantiorem in toto terrarum orbe inueniri. Cetera missa facimus, quae ante sacratissimum IVSTINIANVM sancita sunt, loquemur de ipsius iuris uoluminibus, in quibus praecepta naturalia permulta deprehenduntur. Quae ipsa, fateor, aequitatis, et optimorum praeceptorum temperatio causa fuit, quam ob rem a Germanis, aliisque populis receptum est. Enim uero quam multa iuri ciuili insunt? quae ex natura hominis non deducuntur, et differentiam iuris naturae et ciuilis, ut philosophi dicunt, specificam efficiunt, quippe quae non ex lumine rationis, sed ex arbitrio et uoluntate imperantium in ciuitate deriuantur. VLPIANVS ut est in *L. 6. π. de iust. et iur. ius ciuile*, ait, *est, quod neque in totum a naturali uel gentium recedit, nec per omnia ei seruit.* Quis eiusmodi uoluntatis rationem semper perspectam habet? Ex nostro argumento, quod pertractandum sumpsimus, facile adparebit, fieri non potuisse, ut omnia ordine tam adcurato explanarentur. Quidquid tamen est, sibi quisque placeat, per me quidem licet, fieri potest, ut errem, ita tamen prorsus existimo, utilitatem, quae exinde ad nos redundabit, tam magnam haud fore, quam uulgo dicitur. Valet enim nonnunquam quod LACTANTIUS dicit *lib. 3. 23. eos interdum puto aut ioci causa philosophari, aut prudentes, aut scios mendacia suscipere.* Neque uero in ea sum sententia, quasi omnia in iure perplexa, et sine quodam artificio



ficio pertractari debeant, ut BALDVINVS scripſiſſe fertur, cuius libri aliorum opinionum ſarago ſunt, et de quo ANTON. GVARINVS in *epiſt. ad FRANC. BALDVIN.* apoſtat, *Eccebol.* BALDVINVS, inquit, *neque ullam iuris ciuilibis partem, uel mediocri artificio traclauit: quum ſcripta eius nihil aliud ſint, quam ex BRECTANI, uel ex aliis libris emendicatae, ſupplicatae confarcinataeque rapſodiat, quem ad modum uir MART. CONTIUS ſaepe teſtatur:* ſed naturali ordine, et ſine quadam circuitione, quam Mathematicorum ſcribendi ratio mirum quantum ſecum uehit, rerum ſeries una ex alia nexa procedat, ut loquitur CICERO *lib. I. de natur. Deorum:* *admirabilis quaedam continuatio ſeriesque rerum, ut alia ex alia nexis, et omnes inter ſe aptae colligataeque uideantur.* Abſit tamen putem, in iure ciuili tam luculenter, ſeu ut barbare dicunt, apodictice uel oportere uel poſſe demonſtrari omnia. Verum, quid multis? adgrediamur ad pertractandam materiam de PRIMIPILATV grauiſſimam quidem, ſed hucusque tam carptim, et praepoſtere propoſitam, ut nihil ſupra. Eorum non pauci, qui de officiis, et ſtatu populi Romani ſcripſerunt: PETRVS SCRIVERVS, ANDREAS ALCIATVS, IVSTVS LIPSIVS, FRANCISCVS HOTTOMANNVS, CLAVDIVS PRAEVOTIVS, IOHANNES PTRRHI, qui argumentum de magiſtratibus Romanorum Palatinis quaefloriis, et militaribus diſputauit, pluresque alii, quos *Illuſtr. BYRCARD. GOTTHELF. STRVV.* in *hiſtor. iur. cap. I. §. 19. not. 2. p. 62.* laudauit: at tamen hoc litteratiſſimo uiro CASAVBONO ſuffragamur, qui *epiſt. CCXLVII.* adfirmauit, qui argumentum de ſtatu populi Romani perpollerit, extare adhuc neminem. Atque ad noſtrum quod adtinet: de eo DONELLVS, CUIACIVS, PEREZIVS, BRVNEMANNVS aliique uetultioreſ, ſed admodum breuiter, egerunt.

CAPVT I.



## CAPVT I.

DE

## NOMINE ET OFFICIO PRIMIPILI.

## INDEX MATERIARVM.

- Vocabulum primipilus est terminus essentialis.
- Quis olim fuerit primipilus dicitur ex duobus locis IULII CAESARIS?
- Primipilus, primopilus, primipilaris et primopilaris rem eandem significant.
- Quotuplices apud Romanos fuerint milites?
- Differentia ab his omnibus primipili.
- Quotuplices fuerint centuriones, quod eorum officium et potestas atque insigne?
- Auctoritas primipili apud milites et eius insigne.
- Quotuplex fuerit primipilus?
- Explicatio Monsieur DACIER in HORATIVM.
- Quid sentiendum sit de definitione primipili, quam dedit GOTHOFREDVS?
- Quid significet primipilus in Codice THEODOSII et IVSTINIANI?
- Quid sit annonae? quid exactores, Canonici, scriptarii, susceptores, stonici, erogatores, cohortales?
- Qua ratione annonae inter milites distributa sit?
- Quo modo primipilus ab aedilibus plebis, praefectis annonae et praefectis urbi differat?

**M**AGNA inter iurisperitos dissensio est quid significet vocabulum primipilus, cuius in *Cod. lib. 12. tit. 43.* mentio fit. Multi militiae Romanae plures expertes, nescio, quem sibi sub hac voce centurionum fingunt, quamquam vox ipsa rem indicet. Multos enim in corpore iuris inuenimus terminos, quos philosophi uocant, essentielles, in quorum compositione ipsa rei latitat significatio. Exemplo nobis sit primipilius, qui ex primus, et cera conflatus est. Constat autem



autem Romanos in tabulis ceratis scripſiſſe, quapropter primicerius princeps ſcribarum ſeu notariorum dicebatur: uid. SALMYTH. in PANCIOULL. T. 2. P. 1. p. 15. CASSIODOR. in *Varis*; item HIERON. in *Chronicis*. \* Ad hoc terminorum genus primipilus etiam refertur. Etenim originem ſuam habet ex PRIMVS et PILVS, id eſt, primus militum ordo, quod IVLIVS CAESAR lib. 5. cap. 35. exemplis ſat luculenter demonſtrauit: tum T. BALVENTIVS, qui ſuperiore anno PRIMVM PILVM duxerat, uiro forti et magnae auctoritatis utrumque ſemur, tragula traicitur, et lib. 6. cap. 38. erat aeger in praefidio relictus P. SIXTIVS BACVLVS, qui PRIMVM PILVM, id eſt, primum militum ordinem, apud CAESAREM duxerat, cuius mentionem ſuperioribus praefectis fecimus. Qui primum hunc pilum ducebat dicebatur primipilus ſeu primopilus, primipilaris ſeu primopilaris. Caue tamen, putes diuerſa haec uocabula perſonas, inter ſe muneribus diſpares, indicare, ex marmoribus potius et ueteri loquendi ratione conſtat, literas ſaepe eſſe mutatas ab initio, in media uoce, et in fine, ita *olli* dicebatur pro *illi*, *diuouum* pro *diuum*. Vid. AVSONIVS POPMA de uſu antiquo. locut. Inuenitur in marmoribus incifum apud ONVERIVM Ciuitate Roma pag. 56. P. ALIO. P. F. PAPIR. MARCELLO. CENT. FRVM. SVB. PRINCIPE. PEREGRINORVM. HASTATO.

\* In aliam ſententiam nonnulli eunt arbitrantes, primicerium ſignificare principem quemcunque alicuius ordinis. SVIDAS *πριμικηριος*, ο πρωτος της ταξεως; quae ſententia tam inepta non eſt. Dicitur enim primicerius domeſticorum et menſorum. Cod. l. 2. de domeſt. et proteck. et l. un. de menſor. cui ſententiae etiam BRUNNEM. in Comment. ad Cod. lib. 12. tit. 7. accedit. Plura uid. apud GOTHOFREDVM, CVIACIVM &c.



TO. ET. PRINCIPI. ET. PRIMIPILO. LEG. VILGEM.  
 PIAE. FELICIS. ADIECTO. AD. MVNERA. PRAEF.  
 LEGG. VII. CLAVD. ET. PRIMAE. ADIVTRICIS.  
 V. F. FLAMINI. LVCVLARI. LAVRENT. LAVINAL.  
 PATRONO. ET. DECVRIONI. COLONIAE. APVLE-  
 SIVM. PATRONO. CIVITATIS. FORO. FLAM. FVL-  
 GINIAE. ITEMQVE. IGVVINORVM. SPLENDIDIS-  
 SIMVS. ORDO. FORO. FLAM. CVIVS. DEDICAT.  
 DECVRIONIBVS. ET. LIBERIS. EORVM. PANEM.  
 ET. VINVM. SS. XXX. N. ITEM. MVNICIPIBVS. SS.  
 IIII. N. DEDIT. Reliqua testimonia breuitatis stu-  
 diosus omitto. Vid. GRVTERVS in *inscript. pag. 50.*  
*num. 6. et pag. 349. num. 4.* Fuerunt autem milites apud  
 Romanos uel maiores uel minores feu gregarii. Inter  
 maiores *imperator militiae, L. 2. in pr. §. 1. de his, qui not.*  
*infam. Magistri militum, L. 1. Cod. de magist. milit. Tri-*  
*bumi, L. 12. de re militar. Praepositi, L. 12. eod. Centu-*  
*rones, L. 13. eod.* Atque ex ratione officiorum milita-  
 rium inter se differebant, alii erant *pedites, L. 17. in pr.*  
*Cod. de re milit. aliique equites.* Inter tot autem gre-  
 gariorum differentias POLTBIVS *lib. 2. narrat: ubi mi-*  
*lites, inquit, ad constitutam a consulibus diem conuenerant,*  
*ex his minimos aetate, fortunaeque perquam tenuis pila-*  
*nos: iis adultiore in eos, quos hastatos uocant; aetate ac*  
*robore praestantes in principes, natu maximos, in triarios*  
*et cetera.* Alii autem tantum modo triplicem Roma-  
 norum ordinem, *hastatorum, principum et triariorum,*  
 ad quos *pilanos* referunt, in medium dant. OVIDIVS  
*de Romulo fast. 3. 129.*

*hastatos instituitque decem*

*Et totidem princeps totidem pilanus habebat*

*Corpora,*

*Hastati primum locum, principes tempore ueteris rei-*  
*publicae medium, VEGETII aetate, primum, et tria-*  
*rii*

B



rii tertium occupabant. VARRO *de LL.* 4, 16. et LIVIUS *lib. 8, 8.* VEGETIUS *lib. 3, 14.* et 2, 16. *Post omnes autem acies triarii cum scutis, cataphractis, et galeis, ocreati cum gladiis, semispatis, plumbatis et binis missilibus locabantur: qui genu posito subsidebant, ut, si prima acies uinceretur, ab his quasi de integro reparata pugna, posset reparare uictoriam. Hastati hastis, principes gladiis in primis, et triarii \* pilis pugnabant, quod ex supra citatis locis VARRONIS et LIVII intelligitur, unde pilani dicebantur, qui ergo primum pilanorum ordinem ducebat, primipili nomine ueniebat. Quandoquidem primipilus pilanis praecerat, et hi a uocabulo pilum, quia pilis pugnabant, adpellabantur; non inanis certe illorum est opinio, qui credunt, pilum tamquam signum militare tralate signi pro signato significare centuriam, primum pilum primam centuriam in exercitu, et primipilum primum centurionem. Alias etiam centurio primi-*

\* Pila erant missilia, quibus pedestris exercitus utebatur, cuius figuram et structuram POLYBIUS *lib. 6. fragm.* describit: *pili telum lignum habet plerumque longitudine bibeubitali, grassitudine digitali siue palmae maioris eo usque adtenuatum et acutum, ut mox primum post actum flectatur siueque inhabile ad remittendum. Alioquin fieret commune telum.* Alii id aliter depingunt, satis tamen sagacissimo IO. SCALIGERO fecisse non uidentur, quem ultimum uitae studium et operam in eo collocasse ferunt, ut ueram huius pili delineationem daret. Vid. BARTH. *ad 4. Theb. STATII pag. 230.* et *ad Syluam eiusdem p. 316.* Ex numismate ueteri IAC. GVTHERIVS uidentum exhibet *de iure Pontific. uet. Rom. lib. 3. cap. 16.* Haec pila non absimilia erant Gallorum *gestis seu sarissis* Macedonum. SERVIUS in VIRGIL. *Aeneid. 7, 664.* uel teste LIPSIO *Belgarum pyl.*



primipili dicitur, sed haec inter se plane conueniunt, primus centurio, primipilus et centurio primipili. Auctor est LIVIUS 7. 8. V. C. Centurio primipili olim primus centurio dicebatur, postea primipilus et centurio primipili. Corroborat hanc sententiam CUIACIUS ad Leg. VIII. IX. X. XI. XII. de excusat. Primipilaris in hoc proposito fuit primipili centurio, primus centurio. VEGETIVS lib. 2. cap. 8. *Vetus, inquit, consuetudo tenet, ut ex primo principe legionis promoueretur centurio primipili, qui non solum aquilae praeerat, uerum quatuor centurias, hoc est, quadringentos milites in acie gubernabat, hic tamquam caput legionis merita consequebatur et commoda.* Attamen DIONYSIVS HALICARNASSENSIS a VEGETII sententia dissidere uidetur lib. 8. arbitrans: centurioni primipili sexaginta centurias, id est, militum sex millia paruisse. Vt ut tamen est satis patet, primipilum caput et ductorem omnium centurionum fuisse, utpote quod magis elucet ex supra citato loco VEGETII, dicentis: primipilarem aquilae praefuisse. Auctore eodem lib. 2. de re milit. constat, tria in exercitu Romanos signorum genera habuisse: aquilam, dracones, et vexilla. *Aquila totius legionis signum, quam portat aquifer; dracones sunt singularum cohortium: legio enim in decem cohortes, quas qui ferunt draconarii dicuntur; cohortes uero in centurias diuidebantur, singulis centuriis erat suum vexillum, in vexillis singulis notatum erat ex quota centuria, ne qui milites a suo signo aberrarent.* In omni autem ordine et hastatorum, et principum, et triariorum fuerunt centuriones, quos omnes dignitate antebat primipilus, ita, qui hastatorum primae cohortis ordinem ducebat, primi hastati centurio; qui secundum, secundi hastati centurio; qui principum ordini in prima cohorte praeerat, primi principis centurio, qui secundo, secundi principis centurio; qui triario-



rum primae cohortis ordini praeerat, primipilus; qui triariorum ordini secundo cohortis praeerat, secundi triarii centurio, et quia legio in decem cohortes sequentibus temporibus diuidebatur usque ad decimam centurionum officium extendebatur. VEGETIVS *lib. 2. cap. 8.* Hi centuriones iussa imperatorum implebant, et quid factum esset, renunciabant. \* BARNABAS BRISSEONIVS *lib. 4. p. 348.* formulas sollemnes commemorat: FACTVM, QVOD IMPERASTI. SVETONIVS in CLAVD. *cap. 29. de nece consularis viri renunciante centurione FACTVM ESSE, QVOD IMPERASTI. CORNELIVS TACITVS lib. 1. anal. nunciante centurione, ut mos militiae, FACTVM ESSE, QVOD IMPERASSET.* Ad haec minora belli iudicia dirigebant in Latiali gente, ut IUVENALIS canit:

*Legibus antiquis castrorum et more CAMILLI*

*Servato miles ne uallum litiget extra*

*Et procul a signis; iustissima centurionum.*

*Cognitio est igitur de milite ne mibi deerit*

*Vltio, si iusto defertur caussa querelae.*

Maiora enim iudicia olim apud Romanos praefecto praetorio competebant, L. antepenult. de praefect. praet. orient. et Illyr. PANCIOROLLVS in notitia utriusque imperii *cap. v. p. 17.* BVLENGERVS de imper. Rom. *lib. III. c. 2. p. 355. § 99.* Sed haec potestas a CONSTANTINO M. ei ademta est. PANCIOROLL. l. c. *cap. xxx. p. 52.* et ad magistros militum peruenit. ZOSIMVS *lib. II. in translatione Gallica, CVSINI p. 644. L. fin. Cod. de re milit.* Primipilus autem imperabat tantum suae centuriae, sed

\* Insigne centurionum fuit uitis, cuius rei testis est, C. PLINIVS *lib. XIII. cap. 1.* Centurionum, inquit, in manu uitis et opimo praemio tardos ordines ad lentas perducit aquilas atque etiam in delictis poenam ipsam honorat.



sed quia consilii particeps erat saepe mandata imperatoris aut tribunorum per illum edebantur in vulgus, etiam in acie, in agmine illum suspiciebant, et ad eius nutum se sistebant et procedebant milites, ideo quia aquilam \* regebat primum signum, quae etiam in eius tutela erat. Sed quae hucusque disputata sunt de primipilo dextro intelligenda sunt, dum duplex eorum apud Romanos genus erat: alter dicebatur *dexter*, alter *sinister*, ille in hunc aliquid potestatis habebat, nisi teste LIPSIO, imperium per uices exercuerint. Plura uid. apud CAROLVM SIGONIVM *lib. 2. de antiquit. Iure Prouinc.* atque ALDVM MANVTIVM *lib. III. de quaesit. per epistolam epist. 3.* IVSTVM LIPSIUM *de milit. Rom.* VEGETIVM cum comment. STEWECII. Vehementer igitur probabilis mihi uidetur explicatio Monsieur DACIER *Oeuvres d'Horace tom. V. p. 436. seq.*

HORATIUS ita canit:

*qui mucro pauper agello*

*Noluit in FLAVI ludum me mittere, magni*

*Quo pueri magnis e centurionibus orti.*

B 3

Licet

\* Aquilam semper regium insigne fuisse et in militia adhibitum, ex multis auctorum, quos vocant, classicorum locis notum est. Verum quod ad eius originem adinet, critici non idem sentiunt. Alii IOVEM imaginis auctorem esse ferunt: quum illa usus sit in bello contra Titanas, inde ad Getes, ab his ad Troianos, a Troianis in Latium eam demum deportatam esse ab AENEADE. VLYSES ALDROVANDVS, LIPSIUM sequutus, Romanos huius imaginis inuentores fuisse credit. Rectius tamen DELRIUS Romanos hoc signum a Persis sumpsisse, quod ex XENOPHONTE, qui de utroque Cyro clarissime scribit, probat, cuius loca uid. apud MATHAEVM BADERVM in *comment. ad CVRTIVM p. 37.*



Licet equidem non infirari, in his HORATII uersibus posse etiam qualescunque atque omnes centuriones intelligi: non tamen abs re est DACIER explicatio, dicentis: *Le centurion étoit proprement le Capitaine d'une compagnie de cent hommes de pied. Et quand ces compagnies furent reduites à Soixante hommes les Capitaines ne laisserent pas de retenir le nom de centurion. Mais ici, il est question de Savoir ce qu'Horace a entendu par Magni centuriones. Je suis persuadé qu'il designe par cela les Capitaines qui étoient proprement appeller Primipili.* Satis haec nobis esse possent ad intelligendum, quid priscis temporibus fuerit primipilus? uerum tamen ante, quam ad alteram huius capituli partem adgrediar: GOTHOFREDI sententiam paucis examinandam esse arbitror, in *not. ad L. 4. de primip.* *Primipilus, inquit, est decurio primae cohortis.* Quod a uero quam maxime alienum esse uidetur. Primipilus omnium centurionum caput, et ductor erat, in centuriis tantum pedites erant. VEGETIVS *lib. II. cap. XIII.* Decuriones autem turmarum decurias regebant. POLTB. *lib. 6.* et VEGETIVS *eadem inter equites turma dicitur, inter pedites centuria. Et habet una turma equites 32.* Huic qui praees decurio nominatur. Centum autem pedites ab uno centurione sub uno uexillo gubernantur: similiter 32. equites ab uno decurione, sub uno uexillo reguntur. Itaque decurio equitibus, primipilus pedibus praecerat. Repugnantia ergo esset, si quis cum GOTHOFREDO primipilum definire uellet per decurionem primae cohortis.

Haec haec de nomine et dignitate primipili antiquitus. Euiluit post haec primipilorum dignitas adeo, ut in Codice THEODOSII et IUSTINIANI primipilare officium magis ministerium esset, quam eximius honoris gradus. Quippe erant primipili nihil aliud,



aliud, quam administratores annonae militaris, propter ea, quod primipili centurionibus mandabatur, ut annonam inter milites diuiderent, eosque bene curatos reipublicae, quum usus foret, praestarent. *L. 6. Cod. Theod. de cohort. ibi: primipilaribus, qui ad pascendos milites sollempniter ad limites destinantur.* LIPS. *de milit. Rom. lib. 2. dial. 8. fere in fin.* ubi simul discrimen inter primipilum hunc et eum, qui comes primi ordinis et praefectus decimae legionis uocabatur, adducit. DONELL. *tr. de pign. cap. 4.* PEREZ. *c. l. Cod. de primip. n. 1. seg. L. 3. 7. 8. Cod. de cohortal.* Omnis itaque primipilaris officii ratio eo pertinebat, ut annonam inter milites distribueret. CUIACIUS *ad LL. VIII. VIII. X. XI. XII. de excusat. p. 248. eodem nomine dicitur et is, qui nondum deposuit primipilum, cuius praecipuum munus nouissime constitit in exhibenda annona militari.* CUIAC. *ad L. 3. Cod. de cohortal.*

Annona autem erat species fructuum ad tuendum exercitum a possessoribus quotannis erogari solita, ut frumentum, oleum, sal, \* caro, uinum, \*\* foenum &c. si scire uis, quid nomine annonae ueniat? euolue *L. 9. pr. co. de tritico et uino.* CALVINI *Lexicon in uoce annona.* GREGORIUM *in Synt. lib. 36. tit. 30. n. 7.* et quos laudat

\* Imo etiam lens ad annonam pertinebat, prouti in *PLUTARCHI CRASSO* legitur: *simul euenit, ut post transitum summis, quum emitterentur necessaria exercitui, primum omnium darent lensen et salem.*

\*\* Vinum admodum parce et modice militibus dabatur, ne eo sepulti, calliditate hostium uincerentur. *L. 10. Cod. de erogat. milit. annon.* Cuius rei rationem prudenter habuit bellacissimus et fortissimus CAROLVS M. legem sanciens: *quicumque in exercitu ebrius inuentus fuerit, excommunicetur, ut in bibendo sola aqua utatur, quousque se male fecisse agnoscat.* GOLDAST, *P. 1. Const. Imper. p. 147.*



laudat CHRISTIN. *Dec. 139. n. 2.* Longus esse possem in enumerandis variis eorum officiis, quibus a priscis temporibus aliquid curae de annona fuit; uerum quid extra oleam uagari iuuat? Potius e re nostra erit explicare unde et qua ratione Romani tantam frumenti et annonae copiam collegerint? LIPSIVS in *comment. ad POLTBIVM* existimat: quod e provincialibus haec frumenta coacta, et e decimis, quas hoc sine aratoribus imponebant, in hostili uero degentes e provinciis uicinis, aut ex ipso hostico: sed sic ut non in priuatum, et sibi miles raperet, sed desecta, aut inuenta frumenta deferret ad Quaestorem. In publicum omnia seposita et tum cum modo et ordine distributa. Hanc annonam intra annum *exactores*, alias etiam *Canonicarii* *L. fin. Cod. de erog. milit. annon.* item, et *seriniarii* et *suscipientes* dicebantur, *L. 1. Cod. de apoch. publ.* a debitoribus fiscalibus, instantibus apud praesidem provinciae opinatoribus, *L. 7. de exact. tribut.* exigebant. Quod si praesides negligentiores solutionem annonae ultra annum protraherent, ipsos de suo, quod militibus debebatur, praestare oportebat, repetentes id post ea a suis provincialibus; *d. l. 7. de exact. tribut.* Haec annona a provincialibus exacta uel sufficiebat ad alendum exercitum nec ne; si alterum: mittebantur in provincias annonae curatores, qui *sitonici* et *sitocani* nominabantur, et publica pecunia frumentum atque alias species annonas coemebant, *L. un. Cod. ut nem. liceat in emt. specier. se excus.* Habebat autem haec coemptio annonae singularia quaedam privilegia. *L. c. l. fin. Cod. eod. iuncta L. 1. S. u. 7. de praef. urb.* BUSIVS in *comment. PEREZ. ad b. 1. Cod. ut nem. lic. in coemt.* Reponebatur haec coempta annona seu ex triburis collecta in publicis horreis, ut, si opus esset, incorrupta militibus erogaretur, *L. 4. Cod. de erog. milit. annon. L. 2. Cod. de condit.*



in *horr. public.* Qui uero annonarias species uicinioribus limitibus ad castra transferendas curabant, dicebantur *erogatores annonae. L. 4. Cod. de erog. milit. annon.* Hos iubebat ANASTASIVS in primis iurare pro iustitiae ratione iniunctam sibi sollicitudinem administraturos, *L. 16. eod.* ubi totum ius iurandum deprehenditur. Ab his diuersi erant *cohortales*, quippe qui adparitores et ministri, quos praesides prouinciarum, et proconsules aliique, quibus prouinciarum, imperii Romani administrandarum cura iniungebatur, in suo officio habebant. BRVNNEM. *ad tit. Cod. de cohortal. &c.* His cohortalibus, licet ad sollicitudinem bastagae, ad functionem nauiculariam deuocari non poterant, nec inuiti curialibus coetibus adscribi, unum tamen onus per *L. 3. de cohortal.* peracto militiae cohortalinae onere, impositum erat, scilicet *pastus primipili.* Vtpote quem pastum primipili DONELL. in *tract. de pign. cap. 4.* et CUIAC. *ad c. 2. per curam atque exhibitionem annonae militaris*, propter ea, quod haec annona danda sit primipili centurionibus, ut inter milites primipili distribuatur, doctissime explicant. Haec annona, a cohortalibus exhibita a primipilo quotidie, ut scribit, BRVNNEM. *ad tit. Cod. de erog. milit. annon.* tamquam stipendium inter milites distribuebatur. Vt buccelatus panis, siue bis coctus duobus diebus, alius panis tertio, uno die uinum, alio acetum, uno die lardum, biduo caro ueruecina, expeditionis tempore dabatur. *L. 1. c. 1. uid.* lectu digna, quae GOTHOFREDVS ad hanc legem notauit. Sciendum est autem, milites ultra trecentos annos sine stipendio certo militasse, quod tandem ann. V. C. CCCXLVII. datum. LIVIVS *lib. 4.* Additum deinde, ut ante ullam mentionem plebis Tribunorum decerneret senatus, ut stipendium miles de publico acciperet, quum ante id tempus de suo quisque



functus eo munere esset, nihil unquam acceptum a plebe tanto gaudio traditur concursum, itaque ad curiam esse, pressasque exeuntium dextras, et patres vere adpellatos effectum esse fatentibus, ut nemo pro tam magnifica patria corpori aut sanguini parceret; et LIV. eodem libro statim post Anxur, inquit, captum, additum, ut stipendium miles e publico acciperet, quum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. DIONYS. HALICARN. lib. 4. cap. 2. Dabatur etiam post haec tempora pecunia militibus, de cuius quantitate vid. LIPS. in *Electis* lib. 1. cap. 2. VINCENT. CONTARENVS in *comment. de stip. milit.* atque annonae; sed diuiso inter milites frumento certum definitumque pretium de stipendio detrahebatur. Ex POLTB. LIPS. *d. tract. de milit. Rom. d. lib. 5. dial. 16. p. 327.* Probe autem inter se distinguenda sunt officia primipili, aedilium plebis, praefecti annonae, et praefecti urbi. In eo quidem conueniunt, quod annonae curam gerant, sed aediles plebis secundum CICERONEM de LL. lib. III. cap. III. sunt, inquit, curatores urbis, annonae, ludorumque sollemnum. Et praefectus annonae eius curam ingrue in urbe fame habebat. L. 2. §. 33. de orig. I. Praefectus annonae et uigilum non sunt magistratus: sed extra ordinem utilitatis causa constituti. LIVIUS lib. III. cap. XII. coepere a fame mala, seu aduersus annus frugibus fuit, seu dulcedine concionum et urbis, deserto agrorum cultu. Et patres plebem desidem et tribum plebis; nunc fraudem, nunc negligentiam consulum adculpabant. Postremo perpulere plebem, haud aduersum senatu, ut L. MINVCIVS praefectus annonae crearetur. vid. *Illustr. STRVV. histor. iur. cap. 1. §. xxx. pag. 114.* FRANC. MODIVS in *notis ad L. 1. Cod. de adparitor.* Est quidem, ait, praefectus annonae sub dispositione praefecti urbi, et uterque annonae ciuilibus curam agit. Sed separatas adparitiones habent, quas lex confundi, et commisceri uetat.



uerat. L. i. Cod. Theod. de Cond. in public. horr. Praefecti autem annonae adparitores annonarii dicuntur, praefecti urbi, urbaniciani.

## CAPVT II.

DE

## PRIVILEGIIS PRIMIPILI.

## INDEX MATERIARVM.

**P**riuegia primipili sunt uel generalia uel singularia.

Ad generalia pertinet

I.) Pactum de mutua successione.

II.) Negotia priuata administrare non potest.

III.) Proxenetes esse non potest.

III.) Fruitur beneficio restitutionis in integrum, quod etiam ad eius uxores adplicatur et examinatur sententia C. VIACII, an uxores sint homines?

V.) A muneribus personalibus immunis est.

VI.) Atque etiam a municipalibus.

VII. et VIII.) Quaedam priuegia ex tit. x. de re milit. et quae ad testamenti factionem spectant, primipilo adtribuantur.

Ad singularia

I.) Si primipilus fisco debet ea primipilo, suos debitores compellere potest, ut ante tempus soluant. Competit fisco in bonis primipili rati-  
ta hypotheca et ius praedationis.

II.) Bona uxoris mariti primipili dotalia fisco obnoxia sunt.

III.) Si primipilus uxori suae sub specie uenditionis aliquid donauerit, et hanc donationem morte sua confirmauerit, nibilo minus rescinditur donatio.

III.) Priuegium de stipendiis primipili.

V.) Liberi debitum primipilare soluere obligantur, licet patris haeredes non sint.



**A**NIMVS mihi non est fufius inquirendi, quodnam inter ius fingulare, beneficium et priuilegium fit difcrimen, quod argumentum doctiffime difputauit ENENCKEL *tract. de priuileg.* et GEORG. LVD. HERTZOGIVS, praeceptor atque amicus meus dulciffimus, in *comment. exponenti fcitu quaedam neceffaria &c.* a §. 109. ufque ad §. 124. Priuilegia fecundum ueteres priuae leges, funt ius fingulare ultra communem iuris tenorem legitime conceffum et introducctum. L. 1. §. 2. *de conflit. princip.* L. 16. *de LL.* L. 162. *de R. I. G.* A. ENENCKEL. d. l. i. cap. II. n. 6. HAHN. *ad WESENBERG. tit. de conflit. n. 2. p. 62. fol. 2.* feu ut litteratiffimus HERTZOGIVS l. c. definit: *Lex fingularis, qua imperans, pones quemcumque feu quofcumque etiam fuma poteflas fit, ciuem quemdam a legis communis obseruantia eximit priuilegium dicitur.* Priuilegia igitur primipili funt priuilegia primipilo conceffa. quo autem omnia diftinctius exponantur atque introfpiciantur; diftinguamus ea inter fe, quae primipilo, quatenus eft primipilus, et quae primipilo, quatenus eft miles, indulta funt: Illa docendi cauffa *priuilegia fingularia*, haec *generalia* appellabimus. Ad generalia adnumeramus I.) *paclum de mutua fucceffione.* \* Satis enim conftat eiuſmodi paclum, fi de

\* Loquor hic de pacto, ni cuius hereditas in alium transfertur, non de inſtitutione mutua ex teſtamento, de quo nemo dubitat. RODERICVS SVAREZ. in *celebr. repret. tit. Leg. 3. quoniam in prioribus Cod. de inoffic. teſtam. limit. Leg. 3. num. 10.* RICHTER. *dec. 26. n. 18. et ſeq.* quamuis BIGONII ſententia admodum uero fimilis eſt in *not. ad MARCVLPHI formul. lib. 11. cap. 17. n. 1.* eiuſmodi inſtitutiones inter captatorias habitas eſſe L. 70. *de hered. inſtit. L. 64. de legat. 1. L. 11. Cod. de teſtament. milit.*



fi de ipsa pacifcentis hereditate fit, iure ciuili plane nullum esse. *L. 16. c. l. 19. Cod. de pactis. l. 5. de pactis conuent. l. 4. de inuili stipulat.* quia contra bonos mores est. *L. 61. c. d. V. O. d. l. 4. iunct. l. 6. Cod. de pact.* neque etiam iure ciuili obligationem efficere, *HAHN. disput. de iure rer. conclus. 67. n. 5. MAESTERT. lib. 1. de iustit. LL. Rom. dub. 41. VINN. de pactis c. 19. n. 11. Illustr. STRV. ad tit. de pactis thes. 44. WESENB. in comment. c. de pact. dotal. n. 4. sub fin. GAEDDEVS de contrah. stipul. cap. 6. conclus. 7. n. 83. et seq.* Valet tamen eiusmodi pactum inter milites *επι παρατάξει εζιωτες*, in ipso procinctu ad discrimen praelii pergentes et ob communem mortis fortunam inter se pacifcentes, ut ad eum, qui superstes fit, res eius, cui casus finem uitae adtulerit, pertineant. *L. 19. Cod. de pact. CARPZOV. 2. cap. 35. def. 20.* Quum autem huius legis ratio generalis et ad omnes milites adplicanda sit, scilicet, quod uoluntas militum quoquo modo contemplatione mortis in scripturam redacta, uim postremi iudicii obtineat: licebit etiam hoc priuilegium adtribuere primipilis. II.) *Negotia priuata administrare non possunt.* Armis enim non priuatis negotiis occupentur: ut numeris et signis iugiter inhaerentes rempublicam, qua aluntur ab omni bellorum necessitate defendant. *L. 31. Cod. de locar. conduct.*

C 3

milit. atque aliis. Id tamen cum STRYCKIO non adfirmauerim, has institutiones mutuas ex lege VACONIA et IULIA PAPIA POPPAEA reici posse, uid. STRYCKIUS in *dissert. de testamentis coniugum reciprois*, Verum cum BRVNEMANNO non facio, existimante, in h. L. non esse sermonem de pacto militum reciproco, quia ratio generalis esset. *HARTM. PISTOR. d. quaest. 2. num. 36. VASQV. lib. 2. §. 18. num. 233. de success. creat.* Ipsa potius uerba legis contrarium ante oculos ponunt.



*conduct. l. 16. Cod. de re milit.* Itaque neque a) aliarum rerum conductores et procuratores, b) conductorum fideiussores, c) aut mandatores fieri possunt. Quod si tamen contra hanc legem impingerent milites, 1) militiae gradum amittebant et fiebant pagani, 2) infames, 3) locator contra eos nullam habebat actionem, et delatio huius criminis publica erat. *L. 35. Cod. de locat. conduct.* Duae autem hic nobis occurrunt dubitationes: primum MOLINA *d. D. 488. n. 1.* arbitratur, hanc constitutionem tantum de militibus, actu militantibus, intelligi, quod mihi a ueritate quam maxime alienum esse uidetur propter ea, quod etiam hic illi militum numero adnumerantur, qui in undecim deuotissimis scholis taxati sunt. *L. 35. Cod. de locat. conduct.* Deinde AZARIUS contra nobis dicit: *P. 3. instit. Moral. lib. 8. tit. de locato l. 3. Q. 1.* licitum etiam fuisse militibus, qui actu militant, alienas possessiones uel domus uel stabula conductionis titulo suscipere. Sed in promptu est, quod reddam: ante tempora IUSTINIANI hoc quidem permissum est, quod tamen imperator sacratissima constitutione correxit. Clarius hoc uerba ipsius cit. *L. testantur. Licet retro principes multa de militibus, qui alienas possessiones uel domus conductionis titulo procurandas suscipiunt, manifestum est: - - necessarium duximus ad hanc sacratissimam uenire constitutionem alius et plenius huiusmodi causam corrigentes.* Haec ad primitulos adcommodari posse eo minus dubitandum est, quo melius ex ipsa c. 1. patet. *Iubemus itaque omnes omnino, qui armis militant siue maiores, siue minores salutem in posterum ab omni conductione alienarum rerum sese temperare. d.)* Neque etiam idonei defensores sunt, *L. 54. de procurat. et defensor.* quod ad defensores et procuratores adinet, quaedam exceptiones notandae sunt, quas uid. in *L. 8. eod. tit.* III.) *Munere proxenetiae non recte*



recte fungantur primipili, L. 31. Cod. de locat. conduct. l. 15. et 16. π. de re milit. l. 6. Cod. de dignit. l. 3. Cod. de commerc. l. unica negot. ne militent. III.) Fruantur beneficio restitutionis in integrum milites, in expeditionibus plerumque occupati propter reipublicae utilitatem. L. 8. Cod. de restit. milit. Hoc privilegium haud iniuria ad primipilos pertinet. Exempla sunt in L. 1. et L. 2. Imperator ALEXANDER A. PETRONIO Centurioni: si quid de bonis eorum, qui reipublicae causae absentes sunt, actione, qua competente eis, aliquis liberatus fuit in integrum restitutio perpetua iurisdictione intra annum utilem permittitur. Atque hoc non solum de iis, qui vere absunt, sed etiam, qui Romanae militant, intelligendum est. Hi enim reipublicae causa militantes pro absentibus, ex privilegio ANTONINI PII, habentur. L. 7. π. ex quib. caus. mai. omnia melius patebunt perlectis LL. 35. 36. 42. 45. π. ex quib. caus. maior. mihi que L. 8. Cod. de restit. milit. cum his pugnare non uiderur, L. 38. π. c. 1. Certum est igitur primipilis competiisse restitutione in integrum, sed dubitari posset, utrum etiam eorum uxoribus, quae una absunt, ea concedenda sit? Ex ipsa apud Romanos nuptiarum definitione intelligimus, uxores per eas diuini humanique iuris communitatem obtinuisse. arg. l. 1. de rit. nupt. uel l. aduersus 4. Cod. de crim. expilat. et quae in manum conuenerat, in mariti potestate et mancipio erat, GELL. noct. Att. XVIII. 6. adeoque in eius sacra transibat. Κοινῶτος ἀπαντων χερῶν τῆς κῆς ἱερῶν particeps omnium bonorum et sacrorum. DIONYSIVS HALIC. II. p. 9. Illustr. HEINECCIUS pars III. π. §. CLVIII. in not. Quid ergo aequius est, quam adfirmare, fortuitis casibus maritum mulieris uel uxorem uiri participem esse, l. si quam dotem 22. §. si marit. 7. uers. quid enim π. solut. matrim. ob indiuiquam scilicet uitae societatem §. 1. l. de patr. potest. uel iisdem,



iisdem, quibus mariti utuntur, frui beneficiis: quum nihil tam naturale sit, quam commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, *l. secundum. 10. de R. I.* At uero hoc beneficium uxoribus militum, et quod considero exemplum SECVNDINAE, cuius occasione Imper. ALEXANDER mulieribus temporali- bus actionibus exclusis, quae cum maritis, reipublicae causa absentibus, peregrinatae sunt; ad exemplum militum subueniri solere, sanxit. *L. 1. Cod. de uxorib. milit.* Pereleganter in hanc rem disputat CUIACIVS: uxores militum et aliorum, qui reipublicae causa absunt, in integrum restituntur, si sequatae uiros interim per absentiam aliquid damni fecerunt: Ut quibus officium publicum non debet esse damno, non sit etiam uxoribus eorum, in parat. ad *L. 1. Cod. de uxorib. milit.* Sed inquit aliquis, CUIACIVM sibi ipsi non constare, dum *lib. VI. obseru. 21.* adfirmat, mulieres homines non esse. Quod quum certum est: iis quoque hominis et mariti priuilegia adtribui non possunt. Fac CUIACIVM in ea fuisse sententia, quid tum postea? num euertitur nostra opinio? quod nego, deducta est enim et probata satis *ELL.* Ego uero uel CUIACIVM iocari potius uoluisset, quam serio haec adfirmare, cum WISENBACH. *disput. V. ad Institut. in coroll. et disput. XXXIII. ad t. de V. S. Thes. 10.* uel dubitandi causa proposuisse arbitror, quod ex *obseru. 21.* satis cognoscitur, quum ibidem haud infitietur, ex *Lege PAPEA* propter *L. 152. de V. S. foeminam* esse hominem. Hoc beneficium aliquando ad sponfas trahi potest. Saepius enim ab uxore ad sponfam argumentatio procedit, et a marito ad sponfam per *l. lex IVLIA 4. de fund. dot. l. non sine ratione 5. Cod. de bon. quae lib. arg. l. un. π. et Cod. unde uir et uxor.* FOERSTER. *de success. ab intest. lib. 9. cap. 3. n. 8. et seq.* SCHNEIDEWIN *ad tit. de hered. quae ab intest. rubr.* de



de success. inter uir. et uxor. Sed ad concubinas primipilorum, et prostibula haec plane adplicari non posse existimo, quod ex innumeris legibus euinci potest, quarum laudationi hic immorari non adinet. Quid? quod apud Romanos olim ducibus concubinas in militiam secum ducere probrosum fuisse probat TACITVS 3. *hisor. 40.* FABIVS interim Valens (Vitellianarum partium dux) multo ac molli concubinarum spadonumque agmine segnius, quam ad bellum incedens. V.) Milites a muneribus personalibus ob reipublicae occupationem, et quod consequens est, quoque primipili excusantur. L. 3. 4. 7. 8. de uacat. Eorum autem exempla tam multa sunt, ut ea omnia hic enumerare superfluum esset, quum in L. 18. §. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. Gc. satis declarata sint. Pertinent ad munera personalia tutela et cura, L. 18. §. 1. Queritur igitur, utrum primipilus a tutelae administratione sese excusare possit? Id non solum ex c. l. patet, quia est munus personale, uerum etiam ex l. 8. 7. de excus. §. 12. MODESTINVS scribit: primipilarii ex constitutionibus imperialibus excusationem habet, reliquarum tutelarum: primipilarii autem hi existimantur, qui exercent primum pilum, si autem non exercent, mortuus fuerit, huius filiorum primipilarius tutor non erit. Atque etiam hi post reuersionem habent anni uacationem, ut est in L. 10. pr. c. t. Non solum, qui ad caligatas militias, et reliquas primipilarii militauerunt, &c. Sed hic adplicari potest dictum illud commune: Cessante causa cessat effectus; et reuiuiscete causa, reuiuiscit effectus. Itaque si quis primipilum deposuisset, hoc priuilegio tutus non est, sed si rursus muneri suo praepositur, a tutelae administratione omnino immunus erit, L. 10. c. t. §. 5. Qui primum pilum expleuit, si quum tutelam unius filii suscepisset, rursus in militares necessitates adsumus erit, deponet sollicitudinem tutelae.

D

Quod



Quod etiam colligitur ex *L. 2. supr. cit. §. 12. CVIACIVS* ille uir doctrina nobilis eandem sententiam adfirmat ad *L. VIII. VIII. §c. de excus. p. 248. primipilaris*, in-  
 quiens, *excusatur ab omnibus tutelis, praeterquam bona filiorum primipilaris post annum*. Verum noli putare, B. L., quae de muneribus personalibus dicuntur, ad munera patrimoniorum dilatari posse, ab his enim neque aetas, nec merita militiae, nec ullum aliud priuilegium iure tribuit excusationem: ueluti angariorum exhibitio, hospitis suscipiendi munus: nisi aliquid principali beneficio concessum sit, *L. 11. π. de uacar. e. gr. Magistris, grammaticis, philosophis ne hospitem reciperent, L. 18. de muner. et honor. §. 30.* Conclusio per se efficitur, ab huiusmodi muneribus neque primipilarem, qui priuilegio aliquo subnixus, neque pontificem excusari, *L. 18. π. de muner. et honor. §. 24.* At, si quis nobis occurreret, repugnantiam inter *L. 11. π. de uacar. et l. 18. π. de muner. et honor. §. 23. et l. 18. §. 4. eod.* dicens: in illis exhibitionem angariae, ad munera patrimoniorum referri, in hac ad personalia: uidendum est ante omnia, quid sit angaria? Resp. est onus, quo ad species portandas, uel transferendas, uel com meatum comportandum prouinciales equos, boues, plaustra aut naues praebeant. *BRVNNEM. ad tit. L. 1. de curs. publ.* Ex qua descriptione haud obscure euoluimus, angariam ad munera patrimoniorum pertinere. Quum patrimoniorum munera ea sunt, quae sumptibus patrimonii, et damnis administrantis expediuntur per *l. 18. §. 18. π. de muner. et honor.* Itaque, ut mea quidem fert sententia, respondendum est, in hac *l. 18. §. 4.* uocabulum angariae minus proprie usurpatum esse.

VI.) *A muneribus municipalibus immunes sunt, propter l. 3. §. 1. π. de muner. et honor. rationem generalem, sic iis, qui castris operam per militiam dant, munus municipale*  
*mun-*



*iniungi non potest.* Εν τοις στρατοπειδοις & λειτουργειν. GOTHOFRED. in *nor. ad h. l.* VII.) Quaedam privilegia adtribuenda sunt primipilis, quae in *tit. π. de re militari* obueniunt, ea sc. quae non ad certum militum genus relata sunt. VIII.) Privilegia, quae circa testamenti factionem militibus in expeditione constitutis in der Schlacht-Ordnung, im Sturm, oder auch im Lager, da man des Feindes stündlich gewärtig, *pr. l. de testament. milit.* ibique VINNIVS *l. i. l. 17. Cod. de testament. milit.* adscribuntur, etiam primipilis uindicanda sunt, ut sine sollemnitatibus testamentum facere, liberos praeterire, inhabilem instituere, et reliqua. Longe plura primipili generalia privilegia in medium proferre possem, nisi te scirem, B. L., facili negotio, si sedulo Iustiniani uolumina uolueris, omnia te addere posse. Quum autem magis enitescat, quid aliquid sit, si distincte explicetur, in quo ab omnibus aliis differat: accedamus ad privilegia primipili singularia. I.) Ex superius dictis, arbitror, clarum erit, officium primipili fuisse, ut annonam militarem inter milites distribuatur, eiusdemque curam habeat, et ex hoc officio fisco obligatur diciturque *debitor ex primipilo*, id est, ex annona militari, *L. i. de condict. ex lege.* Paradoxon autem de hoc debitore ex primipilo proponitur, scil. si ob necessitates publicas fiscus pecuniae indigeat, et primipilus eidem ex primipilo debeat, nec soluendo sit, eum commonere posse debitores suos, ut ante definitum tempus soluant. Quod privilegium plane aliquid singulare est, ex principiis enim iuris constat, eum, qui ante tempus petit, plus petere, et causa cadere §. 33. *Instit. de act.* quum etiam plus sit in tempore, ueluti, inquit imperator c. l. si, quis ante diem, uel ante conditionem petierit. *Qua enim ratione, qui tardius soluit, quam soluere deberet, minus soluere intelligitur, eadem ratio-*



ratione, qui praematuro petit, plus petere videtur. Atque hanc dubitationem etiam IUSTINIANVS in *pr. l. 1. Cod. de condict. ex leg.* obicit, addit tamen rationem, cur hic a iure communi et constitutionibus, alias iustissimis, discedatur in fin. *l. fisci ob necessitates publicas causam potiore esse oportere.* Est enim η αναρχη της διαρεφης των σερατων. Alienum itaque mihi non videtur a re si GOTHOFREDVS in *not. ad Cod. l. 3. de primipilo.* dicit *πριμιπιλοσιν η σερατωνη αννα,* militaris annona. Quaerendum tamen hic est, utrum reum, si a debitore ex primipilo tamquam debitor conueniatur, eius forum sequi oporteat, et ita exceptio a regula tritissima facienda sit: *actor sequitur forum rei, l. 2. Cod. de iurisdict.* Quod omnino negandum est, tantum enim primipilis indultum non est, contrariumque ex *l. 2. Cod. de primip.* obtentu nominis primipili civiles actiones ad alios iudices transferendae non sunt, patet, et cogitur, ut si debitorem suum adcusare velit, hoc fieri debeat coram iudice rei competente. II.) Etsi uxoris ratione dotis ex *l. 12. Cod. qui prior. in pign.* concessum est eas hypothecariis praefereudas, mutatum tamen est et restrictum ea lege, ut, si qua marito primipilo usu est, et is fisco aliquid ex causa primipilari debeat, bona eius in dorem data, quae est huic, qui primipili sarcinam subit, obnoxia necessitati, *l. 4. Cod. in quib. caus. pign. uel hypothec.* Hoc tamen non ita est accipiendum quasi fisco simul atque compererit, primipilum soluendo non esse, uxoris bona dotalia arripere possit: sed certus tenendus est ordo, ut scilicet, et tunc demum ad hoc periculum mulieris patrimonium respiciat, si uniuersis uiri, ac nominatorum facultatibus exhaustis, nihil residuum inueniatur. Vid. CUIACIUS ad *l. 3. §. 2. ff. de minor.* PEREZ. ad *tit. Cod. de primipilo.* Ratio adponitur in *l. 3. c. 1.* Itaque ratione



ne debiti primipilaris et tacita hypotheca, et ius praecationis, quod ad dotem fisco competit, adeo, ut in prima concursus classe collocetur. Vid. LAVTERBACHII *colleg. theoret. pract. tom. 3. p. 365.* Utilitas publica praeferrenda est priuatorum contractibus. Vid. FRAN. MYNNOZ DE ESCORBAR. *de ratioc. cap. 39. n. 9. sq.* Distinguenda tamen inter se sunt bona dotalia, et paraphernalia, quod ad ea adinet, priuilegium hoc clarum est, sed quod ad haec non item. In paraphernalibus enim plane haec dispositio locum non habet. Quod tam luculenter, *L. 1. Cod. de priuilegio fisci* demonstrat, ut nihil supra, cuius uerba, quia admodum clara sunt, et egregia adscribam: *bona mariti tui, si ob reliqua administrationis primipilariae a fisco occupata sunt: res, quas tuas esse liquido probaueris, ab aliis separatae tibi restituantur.* BARB. I. p. VII. n. 4. *solut. matrimon.* Quodsi tamen respicimus ad *L. 2. eiusd. tit.* cum GOTHOFREDO, ut etiam uerba ipsa *L.* indicant, putamus, uerbum illud, qui potior tempore, potior iure est, non temere hic adplicari posse. Si itaque quis debitor ex primipilo fisci factus est, et deinde uxorem in matrimonium duxit, quia bona mariti antea fisco iam obligata fuerunt, et per consequens etiam uxoris ratione dotis, potior est tempore, ergo etiam potior iure. Sed si uxorem iam in matrimonio habuit, et deinceps debitor primipilaris fisci sit, uxor prior est ratione temporis, ergo etiam ratione iuris. uid. GOTHOFRED. in *not. ad L. c.* ubi elegantius et uberius hanc rem disputat. III.) Si quis primipilaris sub specie uenditionis uxori aliquid donauerit, eamque donationem morte sua confirmauerit, debitum tamen primipilare ex bonis mariti solui non potest, tollitur omnino haec donatio, et ad supplendam pecuniam, quae ex bonis ab eo relictis colligi nequuerint, conferuntur.



*L. 15. de donat. inter uir. et uxor.* Ponamus exemplum, quod in dict. *L.* deprehenditur. Maritus donationem in uxorem suam confert, scribitque, se illud, quod tamen donauit, iure uenditionis concessisse, moritur post haec et factam donationem obitu confirmat. Quaeritur? an donatio haec possit subsistere, nec ne? Resp. aut maritus aliquid ex causa primipilari debuit, aut non, quodsi primum, donatio plane nulla est, et ex eo, quod donatum est, fisco satisfieri debet; quodsi alterum, eundem non uideo, cur non ualeat?

III.) Functus officio primipili, stipendium et comoda ante finitum annum uel officium poscere non potest, et si prius e uita discedit, quam annus euolutus est, heredibus petitio salua est. *L. 1. Cod. de primip.*

V.) Quod contra omnem aequitatem esse uideretur in *L. 4. h. t. D. AVRELIANVS* sanxit, a *IUSTINIANO* non improbatur, liberos, etiam si patris heredes non sunt, tamen obligatos esse ad soluendum id, quod pater ex causa primipilari debet. Quae constitutio et priuilegium procul dubio ex hoc principio, quod supra laudauimus, originem traxit: utilitas publica praeferenda est priuatorum. Negandum tamen non est, hoc ius duriusculum esse, idcirco etiam teste *GOTHOFRIDO*, a Graecis scriptoribus *παράδοξον*, insolens et nouum adpellatur. *Syn. Bas. 9. tit. 5. ex lib. 56. tit. 17. c. 64. HART. 3. tit. 5. §. 84.* Pone autem mecum, liberos esse pupillos, qui soluere non possunt, tutor pro iis soluit, tutor omnino cum pupillis compensare potest, actione tutelae, quod in rem pupillorum impenderit. *L. 1. §. 4. de contr. tur. act. et l. 3. eod. l. 2. pr. π. ubi pupill. educ.* Sed si magistratus alicui mandauerit, ut nominet fisco tutorem pupillorum, tutor soluere nequit, nominator fisco satisfacit, quid tum faciendum est nominatori? quod in *L. 1. Cod. de compensat.* proponitur, quo ergo melius rem



rem componere possimus totam L. adiciam: *si tutores pupillis officio magistratus urgente nominasti, ac pro his propter onus primipili pecuniam soluisti, superstitiosam geritis sollicitudinem, ne ab ipsis conuenti hanc eis imputare minime possitis, vel a uobis quicquam amplius exigatur, si tantum quantum eis tutores debuerunt uel nos nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.* In hac lege quatuor consideranda sunt: debitum primipilare, nominatores tutorum, tutores, pupilli. Pater pupillorum munere primipili functus est ex eoque debitor factus, debitum ergo a pupillis soluendum siue sint heredes siue non, per *L. 4. Cod. de primip.* nominatores autem denominarunt pupillis tutores minus idoneos, qua de re nominatores tutorum obligantur actione subsidiaria. *L. 2. §. de fideiuss. et nominat. tut.* Conueniuntur tutores a fisco, ut debitum primipilare soluant, quibus repugnantibus nominatores, pro pupillis soluant. Circumspiciendum est, an nominatores, qui pupillis minus idoneos tutores dederant, si conueniantur a pupillis quasi ex delicto actione subsidiaria compensare possint de eo, quod pro eis soluerunt? Resp. aio. BALDVS rationem dubitandi adducit, quia pupillus esset persona priuilegiata, actio tutelae subsidiaria esset priuilegiata. Sed debitum primipilare etiam est priuilegiatum. *Priuilegiarius autem cum aequo priuilegiario in eadem causa repugnantia ratione concurrens, non priuilegio suo, sed communi iure utitur L. 8. §. de excus. l. ii. §. 6. de minor. uigint. quinq. ann.* Sed quum haec regula multis difficultatibus obiecta est: ita mihi uideor rem posse componi. Tutores a pupillis conuenti possunt compensare, quod in rem eorum fecerunt per LL. supra cit. Tutores sunt principales, nominatores, successores et subsidiarii, ergo quod principales imputare potuerunt etiam successo-



cessores haud iniuria imputabunt, modo ad ea uerba  
Legis attendas animum a *si tantum* usque *probetur*.  
BRUNNEMANN. in *comment. ad L. c.* et GOTHOFRED.  
in *not. eod.*

## CAPVT III.

DE

EO, QVOD HODIE VTILE EST EX PRI-  
MIPILATV.

## INDEX MATERIARVM.

**V**ocabulum antiquum primipi-  
pilus ad commissarium an-  
nonae adplicatur.

An commissariatus annonae di-  
stinctum sit officium a ce-  
teris?

Quid commissarii officium et  
qua ratione annonae colligen-  
da et distribuenda?

Quosnam habeat in suo officio?

Primum priuilegium primipi-  
li: pactum de mutua suc-  
cessione adcommodatur:  
a) ad commissarium, b) ad  
ecclesias et pias causas, γ) ad  
pacta confraternitatis, δ) ad  
coniuges.

Qua ratione II. et III. priuile-  
gium ad commissarium re-  
ferri queat?

Commissario III. priuilegium  
restitutionis in integrum

propter absentiam itemque  
eius uxori competit.

V. VI. VII. et VIII. etiam serua-  
to modo ad commissarium  
traducuntur.

Conditio ex lege tanquam

I. singulare primipili priuile-  
gium hodieque fisco adtri-  
buitur. Vtrum, II. priuile-  
gium hodie ad quaestorum

uxores adcommodari possit?

Sententia de eo ANGELI,

PAULI DE CASTRO, PE-  
REZII, PEREGRINI, AN-

TONII MERENDAE et  
mea.

Vtrum quaestorem et eius uxori

rem de residua pecunia, quam

a subiectis, continuo bello

uexatis, non exegit, fisco sa-  
tisfacere oporteat?

An ecclesiae aequae ut fisco in  
bonis



bonis administratorum tacita hypotheca et ius praedationis competit, annexa quaestione, utrum in bonis debitoris sui ecclesiae tacita hypothetica tribuenda?

in fraudem fisci adplicatur.

Ex IIII. privilegio usus ad praedationem, doctores, medicos et advocatos, itemque pastores, Canonicos, Praelatos infertur.

V. Privilegium fere nullus est usus,

III. Privilegium ad donationes

**I**N quo primipilatus iure Romano consistat, paucis, distincte tamen, in superioribus capitibus, ut quidem arbitror, consideravi: sed non solum ea nobis addiscenda sunt in iure, quae ad iurisprudentiam Romanam adtinent; quin potius, quum ius Romanum inter Germaniae populos receptum sit: eo semper in explicandis Romulidum scitis elaborandum est, ut iudicemus, quid utilitatis exinde ad nos redundare possit. Primipilus apud Romanos ueluti in prima parte cap. I. explanatum est, erat primus centurionum, seu qui primum pilum ducebat: uideamus ergo num hodieque aliquis inter nostrates milites inueniatur illi uel plane similis uel non admodum dissimilis. Primum pilum hodie Germanice adpellant die älteste Compagnie, et primipilarem, den ältesten Hauptmann. Sed nescio an haec adplicatio ex assè quadret. Id tamen negandum non est, eos posse quodam modo sibi adsimulari et officia huius primipilaris Germanici et Romani non tam uehementer inter se discrepare. Me autem, pace tua, B. L., abstineo ab eius explicatione, propter ea, quod admodum longum esset ex iure militari ad omnes nostrae militiae ordines excurrere, atque ex iis centurionem inuestigare, qui cum primipilo comparandus sit. Maiorem utilitatem ex eius officio, cui tempore THEODOSII et IUSTINIANI, ut supra dict. cap. I. praesuit, demonstrare possum. Alte-

E

ra



ra autem primipili significatio in eo erat, ut annonam inter milites distribueret, tamquam stipendium. Dividitur etiam annona inter nostros milites, quis ergo est ille, qui huic officio praepositus? Resp. Dicitur *commissarius annonae*, *Proviant-Meister*, *Recess. Imper. ann. 1532. §. 8.* *Proviant-Herr*, *SPEIDEL in spec. uoc. Für Kauff Proviant-Commissarius*; uel digniori aliquo honoris titulo adpellatur *General-Proviant-Commissarius*, *General-Proviant-Director*, *Ober-Proviant-Commissarius*. Omnis eius cura eo pertinet, ut ad uiuentium militibus necessaria, et qua ratione commearius adduci, et quam commode distribui possit, prospiciat. *BESOLD. in Th. pr. uoc. Proviant-Meister*. Nostrom igitur est paullo penitius eius officium examinare, licet non infitior, fieri non posse, ut omnia, quae de nostro commissario dicenda essent, dici posse. Multiplex enim et uaria in hoc uel illo circulo est, immo etiam in una eademque persona saepius plures curae rei militaris provinciae conspiciuntur, quod ex iure iurando a commissario circuli Franconici praestando, intelligitur: *Der Ober-Commissarius solle geloben und schwören einen leiblichen Eyd, daß er seinem anvertrauten Ober-Commissariat-Ampte fleißig vorstehen, dem Hochlöb. Fürstlichen Cräis dessen Fürsten und Ständen getreu und gewissenhaft seyn, derselben Schaden und Nachtheil vorzukommen, Nutzen und Frommen nach seinem besten Vermögen besorgen, Geld und Proviant in gute Verwahrung nehmen, darüber ordentlich und redlich Rechnung leisten, die Lieferung und Bezahlung an die Stäbe, Compagnien und Artillerie-Bediente nach Anweisung der Ann. 1633. in special instruction ins Werk richten, ein ordentlich Manuale darüber halten, nichts in seinem Nutzen, oder was sonst dem Cräis zu Schaden und Nachtheil gereichen möchte, verwenden, auch niemanden etwas solches verhängen, sondern dasselbe vielmehr*



verhindern, und so es nöthig an das Hochfürstl. Ausschreib-  
 amt berichten, auch was sich sonst pro re nata ereignen,  
 und gemeinem Erasse nützlich seyn möchte, alles fleißig beför-  
 dern wolle und solle, getreulich und ohne Befehde. vid. 10.  
 ANDR. FROMMANNVS *de commiss. milit. p. 45.* Ple-  
 rumque uero commissariatatus annonae distinctum est  
 officium a reliquis tribus commissariatibus, s. Lustra-  
 tionum, Muster-Commissariat, aerarii Castrensis, Pfenz-  
 nig-Meister-*Plat*, et transitarorum, Marsch-Commissa-  
 riat, et potissimum si breuiter et quasi punctis de eo  
 dicendum est, consistit in annona comparanda, trans-  
 uehenda et trisribuenda. Primum quod adinet ad  
 comparandam annonam, qua ratione id factum sit apud  
 Romanos supra dictum: apud nos annonae conquiren-  
 dae ratio non absimilis ueteri illi Romanorum. Aut  
 ex praediis fiscalibus, decimis, redivibus, prouentibus,  
 que aliis per Exactores tributorum, Keller-Pfleger,  
 Schaffner, Einnehmer, colligitur. Aut etiam coemitur,  
 aut conuentione inita haec annona pro certae pecu-  
 niae quantitate aliis praestanda committitur. Quod  
 dicitur das Proviandt ammodiren. Vid. *de h. V. signif.* BE-  
 SOLD. *uoc.* ammodiren. Sed curet diligenter eiusmodi  
 coemptionem noster commissarius, ne milites ino-  
 pia frumenti coacti, signa sua deserant. Quam ob rem  
 in multis constitutionibus id quam maxime cautum  
 est, ut annonam diligenter coemant, in publicis hor-  
 reis reponendam curent, et militibus incorruptam  
 tradant. *Inst. Circ. Franc. art. 30.* Soll er unter Wegens  
 und etwan zu Regensburg oder besser hinunter am Donau-  
 Strom einen zulänglichen Haber-Vorrath, so gut es möglich,  
 erkauffen, und sowohl hierinnen, als bey dem Transport, sich  
 guter Menage bedienen. *Ordinat. milit. Sueu. nou. N. 22.*  
 S. 4. etiam S. 7. Sowohl der Ober-Proviandt-Commissa-  
 rius, Buchhalter, als übrige Proviandt-Officiers sollen alle  
 E 2 erfinn-



ersinnlichsten Fleisses trachten ehrliche wohlgelesene Admodia-  
tores zu erkundigen, mit welchen ein General- oder Special-  
Verpachtung geschlossen werden könnte, daß man der veraccor-  
diren Lieferung und versprochenen Einhaltung verglichenen Der-  
tern u. möge vergewissert seyn. Alterum erat in aduenien-  
da annona. Ne exercitus fame, moram non patiente et  
durissimo necessitatis telo, pereat uel dissipetur. *D. Res.  
Imper. ann. 1532. § 8.* Und nachdem die hohe und unvermeid-  
liche Nothdurft erfordert, zu Unterhaltung obbemeldten Kries-  
ges- Volkes des Proviants halber stättliche Fürsorge, damit  
daran kein Mangel erscheine, ist für gut angesehen, daß der Pro-  
viant durch die Proviant-Meister förderlichst verordnet, bestel-  
let, und zugeführet werde. Transuehitur haec annona ut  
apud Romanos per prouinciales, ita apud nos per colo-  
nos, idque eo modo, ut ne commissarius lucri captandi  
caussa uni plus oneris, quam alteri iniungat. *Ex L. 7.  
Cod. de annon. et tribut.* intelligitur, Romanis id iuris  
fuisse, ut nemo possessorum ultra suum districtum ad  
eonerendas pro exercitu species annonarias, sed ad spa-  
tium itineris et locum habitationis atque expensas re-  
spiciebatur. Quod etiamnum hodie in usu est. *Vid.  
PEREZ. in comment. ad Cod. tit. de annon. et tribut. num. 26.*  
*Hoc onus, inquit, uehendi annonas et species alias publice  
imponitur, ubi non sufficiunt, qui ad hoc opus publice sunt  
constituti aut conducti, solent in auxilium adsumi uiciniores  
coloni sumptu istius communitatis uel totius districtus, non  
etiam, qui remotiores sunt, L. 5. de exact. tribut. ne longin-  
qui itineris diuerfitate, illi, qui huiusmodi onera suscipiunt,  
munis suis desint et rei familiaris detrimenta sustineant.*  
*Vid. in hanc rem L. 9. Cod. Theod. h. t. Ordin. milit. Circ.  
Suen. d. N. 22. §.* Würde aber das Cräßß-Fuhr- Wesen nicht  
zulänglich seyn, und eine Repartition zu mehreren Fuhrern zu  
dem Transport auf der Fürsten und Stände eingelegene Uns-  
terthanen eines gewissen Stück Geldes oder einigerley Discre-  
tion



tion zu Erlassung der Einten, und Aggravirung der übrigen, nicht gespibht werden. Tertium in diuidenda annona. Et hic regula uniuersatim haec facienda est, et quod ad qualitatem et quantitatem debitam annona inter milites distribuenda est. Quantitas ex cuiusuis circuli ordinatione metienda, sed qualitas semper incorrupta praebenda est. Vid. Winter-Quartiers-Ordonnanz des kobl. Fränckischen Cräyses, cuius uerba hic non describam. Vid. FROMMANN. c. l. p. 91. Quem ad modum apud Romanos erogatores, et cohortales: ita etiam commissarius annonae, Ober-Proviant-Director quosdam ipso inferiores sub se continet. Quippe Proviant-Buchhalter, (Gallice controleurs de vivres) et Proviant-Officiers; illi annonae rationes conferunt, et gestorum censes existunt, atque maxima ex parte cohortalibus similes sunt; hi rei annonariae sollicitudinem sub ipsius directione gerunt, atque erogatoribus Romanis aequiparandi. Erogatores, ut supra dictum, iurare oportebat, quod etiam nostris Proviant-Officiers faciendum est. Ex quo iure iurando eorum officium clarissime patet. Exemplo nobis sit ius iurandum Circuli Franconici: Ich soll und will des Fränckischen Cräys Fürsten und Ständen getreu und gewähe seyn, derselben Schaden und Nachtheil fürkommen, Nutz und Frommen hingegen nach meinen besten Vermögen befördern, das mir anbefohlene Proviant-Officiers Amt soll, und will ich getreulich administriren, und darüber zum Ober-Commissariat redliche Rechnung leisten; die Portiones, wie mir selbe vorgeschrieben, soll ich der Ordonnanz nach einem jeden austheilen, und hierunter keine Befehle noch Einnutz gebrauchen, auch nicht verstaten, daß dergleichen von andern geschehe, wes Standes und Condition auch dieselben seyen, über gedachte Portiones soll ich besondere Register halten, und von den Furiren monatlich Liefer-Zettel nehmen, meine Ausgabe, so viel der abgerechte Proviant betrifft, damit zu legitimiren,

E 3

Wann



Wann die Nothdurft erfordern würde, Getreid zu kaufen, soll und will ich hierunter ohne allem Vortheil und einiges Interesse auf das sparsamste handeln, und Fleiß vorkehren, daß mir anvertraute Gelder wohl und mit gutem Rath und Nutzen angelegt werden. Auf das Backwerck, und damit das Brod wohl und trucken ausgebacken werde, und nicht verschimmele, soll ich fleißig Abschehen nehmen, das Back-Haus sammt den Säcken in guten Stand erhalten, und zumahlen auf die Proviant-Wagen, damit auch dieselben zu ihrem Gebrauch wohl erhalten bleiben, die fleißige Aufsicht nehmen, auch sonst mich in allen andern, was mir vom Ober-Commissariat, von deme ich sonderbar meine Dependenz und Anweisung haben solle, anbefohlen wird, also verhalten und erweisen, wie es einem getreuen Proviant-Officier wohl anstehet und gebühret, alle arge List und Gefehde hiebey gänzlich ausgegeschlossen, bey Verpfändung Haab und Güter, so gegenwärtiger als künftiger, auch Verlehrung meiner Ehre, Leib und Lebens. Plura de hoc commissariatu addere non licet, ne reliqua, quae dicenda sint, libelli mei breuitate excludantur. Vberius dixit FROMMANNVS c. l. p. 76. usque 107. quo B. L. lectu dignissima et utilissima deprehendet. A commissariatu ad priuilegia primipili tum generalia, tum singularia progrediatur disputatio, quo monstrare possimus, quid hodie nobis ex usu sit. Ex I. generali: pacto de mutua successione <sup>a)</sup> haud obscure euincitur, nostris militibus, et per consequens commissariis annona illud adimendum non esse.

β) Haud iniuria quidem adfirmat BRUNNEM. in *comment. ad Cod. L. 19. de pact.* hoc pactum ad ecclesias et pias causas a doctoribus adcommadari posse, a cuius sententia quidem non dissentio. Superius autem dixi in *L. 19. c. l.* intelligi pactum reciprocum id, quod celeberr. Iureconsultus confutare conatur tali modo. Hoc priuilegium ad pias causas et ecclesias extenditur, eccle-  
sia



lia mori non potest, pactum tamen cum ecclesia seruandum est. SVAREZ. *supr. cit. loc. TIRAQ. de priuileg. piae causae 105.* Pactum igitur de mutua successione non est reciprocum. Sed misere uapulet ARISTOTELES. Eadem enim esset argumentatio atque eorum, qui EPICVRI sententiam, hominis felicitatem in uoluptate collocari, ob id falsam esse arbitrantur, quod eius sectatores illam in malam partem adplicauerint, non satis perspicientes, quid EPICVRVS per uoluptatem intellexerit. Quis ergo eorum opinioni adstipularetur, qui adfirmant, EPICVRI principium a ueritate discrepare, quia eius adseclae per uoluptatem immoderatum et dissolutum uitae habitum interpretati sunt. uid. PETRVS BAEIIVS *dict. histor. et crit. uoc. EPICVRVS p. 1136. et 1137.* PETR. GASSENDVS *de uita et moribus EPICVRI lib. III. cap. I. II. et III. p. 192. sqq.* Falsa est principii adplicatio, ergo etiam eorum, qui EPICVRVM ob id contemnunt, opinio. Eadem est ratio argumentationis BRVNNEMANNI. Adsumit adplicationem Doctorum inuita Themide factam atque ex ea legem explicare cupit, quod contra omnes artis interpretandi regulas. Tales peruersae et saepius a re alienae doctorum adplicationes subinde in eorum commentariis inueniuntur. Vid. SCHILTER *prax. Jur. R. in for. Germ.* qui errorem HARTM. PISTOR. aliorumque commemorat.

γ) Valet hoc pactum inter personas illustres. CARPZOVIVS *P. 2. const. 35. def. 25.* HAHN. *de Iur. Rer. concl. 75.* KLOCK. *consil. 102. 59. tom.* ubi: Neben dem auch zu bedencken, daß im Heiligen Reich, Teutscher Nation, sonderlich inter illustres personas, fürveffentlich eremessen werden. D. ENGEL. *coll. i. can. P. 2. lib. 4. t. 15. §. 1. siu. p. 713.* Huc referuntur pacta confraternitatis, de quibus in iure publico plura proponuntur. Esti enim pro certo adfirmari non



non potest, haec pacta ex nostra lege originem traxisse, ualde tamen mihi uero simile uiderur ea eius occasione orta esse. BRUNNEMANNVS duo inter pacta confraternitatis et nostrum discrimina in medium adducit. Primum est, hoc tantum pertinere ad milites, personas illustres autem milites non esse. Alterum est eiusmodi pacta semper ab imperatore confirmari oportere. Quod ad primum: uerum est quidem propter militiam, ut Cap. II. explicatum est, hoc privilegium indultum esse, alias enim milites iure communi uterentur; sed mihi uidetur, princeps eo privilegio opus non habere dum hae paciscendi sollempnitates a iure ciuili profisciscuntur, princeps autem legibus ciuilibus non tenetur, *L. 56. de leg. §. 2. l. 19. Cod. de testament.* Itaque, licet personae illustres actu non militent, tamen non secus ac milites, quia ex sua uoluntate paciscuntur, pacta confraternitatis occasione nostrae legis inire possunt. Ad alterum respondeo: confirmata semper esse haec pacta ab imperatore multis ex exemplis patet. Pactum successorium uerbi gratia inter domum Saxoniam et Hassiacam. Cuius primum inter Hassios et Misnenses factum est principium, FRIDERICO Sirenuo, BALTHASARE, et GVILIELMO *Coclitae* Misniae Marchionibus *ann. a Soter. nat. ∞ CCCCLXXXII. Eschwegae* cum HENRICO Ferreo, et HERMANNO *Docto*, Hassiae Landgrauis, pactum confraternitatis inter se contrahentibus, quod a CAROLO III. Pragae die Luceae confirmatum est. FABRICIVS *origg. Saxon. lib. VI. p. 62.* WINCKELMANN, *Hess. Chron. p. 522.* MVLLER MAXIMILIANO II. VORST. *cap. LXVII. §. III. XX. Illustr. STRVV. in Iur. publ. p. 764.* Sed quum Misnenses ad electoris dignitatem euecti essent, illud *ann. a Soter. nat. ∞ CCCCXXXI.* inter FRIDERICVM *Placidum* Electorem, SIGISMYNDVM, GVILIELMVM III. Saxoniae



niae Duces, FRIDERICVM *Pacificum* Thuringiae, et  
 LVDOVICVM *Pacificum* Hassiae Landgrauios denuo  
 fuit confirmatum. Quod etiam corroborat pactum  
 confraternitatis inter domum Saxoniam, Brandebur-  
 gicam atque Hassicam *ann. a Soter. nat.* ∞ CCCCLi. pri-  
 mum, deinde ∞ CCCCLVII. et tandem ∞ 130 XIII. d.  
 XXVIII. Mart. in concione Numburgensi plane con-  
 factum *Illustr. STRVV. c. l.* Exinde perspicitur, haec  
 pacta ab imperatore numquam non rata habita esse.  
 Verum idcirco non efficitur conclusio, Ergo nostrae  
 legis occasione ea orta non esse. Fingamus enim inter  
 has personas illustres et imperatorem nexum cliente-  
 larem non intercedere, confirmatione etiam opus non  
 esset. Quum igitur horum terrae feuda regalia sint,  
 atque in alium non nisi consentiente domino directo,  
 i. e. imperatore, conferuntur: tum demum ualent pacta  
 confraternitatis, si imperatoris consensus accesserit. Ita-  
 que non nego hoc aliquid discriminis esse, curate tamen  
 rem considerantibus illico occurret, pacti ex L. nostra  
 atque horum cetera esse exactissimam similitudinem.

3) Pactum de mutua successione hodieque inter  
 maritum et uxorem \* per consuetudinem Germaniae  
 utile et in Camera imperiali iudicando firmatum esse  
 F testan-

\* Sed quemadmodum pacta de mutua successione et testa-  
 menta mutua multum inter se discrepant: ita etiam tes-  
 tamenta coniugum mutua a pactis coniugum mutuis  
 distinguenda sunt, illa ex L. 70. π. *de hered. instit.* deriuantur,  
 GAIL. *lib. 2. obs. 117.* cuius ratione omnes institutio-  
 nes, quae mutuis adfectionibus iudicia prouocauerunt,  
 nec quarum conditio confertur ad secretum alienae volun-  
 tatis licitae sunt. uid. CORN. VAN BYNCKERSHOECK,  
*in opusc. de captat. instit.* Haec ex pacto nostro conci-  
 piuntur.



testantur HAHN. *concl.* 73. MTNSING. *cent.* II. *obs.* 33. GAIL. *lib.* 2. *obs.* 8. n. 3. SCHAEFFER. *P.* 2. *quaest.* 29. PECKIVS *de testam. coniug.* et THOLOS. *lib.* 41. *synzgm.* cap. 5. n. 17. In Gallia non incognitum est. Vid. GOTHOFRED. *in not. ad L. c.*

Ex II. priuilegio generali quaerendum est, an commissarius annonae possit esse alienorum praediorum conductor, mandator, procurator et defensor. Quod ad conductionem praediorum adtinet, illi, qui contra nos pugnant, argumentationis suae rationem in eo ponunt, Commissarium annonae esse nobilem; nobilis autem diceretur miles, militi turpis esset atque infamis utilitas, quam ex hac conductione caperet. Sed facile habeo, quod respondeam: I.) necessarium non est commissarium nostrum semper esse nobilem, modo sit uir integer scelerisque purus et soluendo, et hac ratione omne huius sententiae fundamentum interuertitur. arg. *Recess. Imper. ann. a Soter. nat.* 10 LVII. §. 56.: *Demit zween Zahl oder Pfennig-Meister, so Grafen, oder Herren, oder sonst ehrtliche Personen im Reich Deutscher Nation vermassen begütert, bejessen re. auf die ein gut Vertrauen zu setzen, zu ordnen.* Sed largiamur etiam hoc nostro aduersario, semper nobilem esse oportere commissarium neque ob id hodie, hanc legis Romanae sanctionem ualere arbitror. Quum dicere non possumus, nobiles prohiberi ab agricultura, e contrario clarum est maximum eorum numerum curam atque industriam in colendis agris collocare, immo hoc a Regibus factum esse facile probari potest. Ad haec Imper. in L. fin. non cultum agriculturae, sed conductionis alienorum praediorum ad captandum lucrum contractas, sordida ministeria adpellat. Vid. BRUNNEM. in *comment. ad L. 31. Cod. de locat. conduct.* Nihilominus, quia commissarii nostri officium non solum maxime arduum, atque amplum,



plum, uerum etiam honorificum est, uideretur forsitan Iuris Rom. dispositionem admitti posse. Eandem ob rationem etiam procuratorem et aliorum defensorem esse non posse existimo, quamuis lubentissime concedam, quod ad alterum hoc priuilegium adinet, longe aliud subinde in Germania usu confirmari. TIRAQUELVVS de Nobil. cap. 30. num. 1. siq. nobilem procuratoris officio fungi non posse, et si eo functus sit nobilitate priuari, defendere conatur. Quod si etiam uerum esset, quod potius cum BOCERO *class. 6. disp. 6. th. 29.* negandum est, non tamen nostra sententia exinde cognosceretur.

Ex III. priuilegio dispiciendum est, commissario annonae an liceat fungi officio proxenetæ? Apud Romanos hoc sordidum questus genus habitum est. SCHILTER *ad n. rom. III. p. 241.* idcirco etiam primipilis tribui non posse adfirmavi. Si ad usum Germaniae respicimus, eiusmodi homines maxime in emporiis deprehendi, et uocari mediatores, intercessores, Germ. *Unterkauffer, Wäcker, Bürkauffer, Gimpler,* testatur CARPZOVIVS *2. decis. 130. C. I. A. b. 1. th. 1.* quibusdam in locis auctoritate magistratus ad hoc officium uocantur et iure iurando adstringuntur. STRACCHA *tr. de proxenet. P. 1. n. 9. et P. 2. n. 3.* unde fit, ut eorum libri semiplenam probationem habeant. GTLMANN. *decis. 30. n. 8.* et in *Symphor. tom. VI. c. 7. n. 25.* RAPHAEL DE TVRRI *de Camb. D. 4. q. 2. n. 4.* Quod si de his proxenetis loquimur, ridiculum sane esset, plebeium munus commissario annonae, cuius dignitas eximia et elata est, adtribuere. Fingamus tamen exemplum, in quo commissarius non sine honore proxenetem se gereret. Ortum esset u. gr. inter imperatorem et Regem Galliae bellum, quod ab utraque parte exitum periculosiorem minaretur, commissarius unius exercitus prudens et rerum, quae



ad rem publicam pertinent, haud expers, operam daret, ut inter Imperatorem et Regem Galliae pacem restitueret, esset omnino proxeneta pacis, nec umquam aliquis factum hoc laudabile condemnaret, et nullum esse crederet, propter ea, quod a commissario annonae commissum esset. Ita etiam et muneri proxenetae praeesset, si inter personas illustres nuptias conglutineret, uel amicitiam reconciliaret; tum diceretur proxeneta nuptiarum, amicitiae. Ex IIII. priuilegio colligimus commissario annonae, qui propter reipublicae commodum abest, et domi damnum sensit, in integrum restitui posse. Etenim ius restitutionis in integrum iam dudum in Germaniam receptum esse ex CAROLI M. constitutione patet, *capitular. vii. cap. CCX. Integra restitutio dicitur, si quando res quaelibet, aut causa, quae perierat, in priorem statum reparatur, uel id, quod alicui sublatum est, reformatur. Ita ut eorum causa uel res in integrum reuocentur, qui aut per timorem potestatis alicuius compulsi sunt, aut fraude uel errore decepti sunt, aut per captiuitatem uel quancumque in iustam necessitatem substantiam suam, aut statum in genuitatis perdidisse noscuntur: aut si pro necessitate longinque peregrinationum se absentant, uel restauranda ea, quae in damnis minorum gesta esse probantur.* Vid. SCHILTER tom. I. p. 233. qui capita huius constitutionis egregie explanat. Quum igitur absentia hac constitutione inter causas legitimas restitutionis in integrum numeretur; haud absurdum erit concludere commissarium annonae, si reipublicae ergo abest, hoc iure uti posse. Perueniendum est etiam ad nostri commissarii uxorem, et dispendendum, utrum etiam restitutionem in integrum petere possit ob absentiam cum marito? Quod adfirmandum puto. Nemo enim mihi negabit, commissarium annonae ad milites pertinere, his autem atque eorum uxori-



uxoribus Iure Romano, quod neque hodie contraria lege neque consuetudine abrogatum est, compete-  
 restitutio in integrum: facile ergo est intellectu, nos  
 id de uxore commissarii annonae non temere adserere.  
 Licet ad eius prostibula et meretrices extendendum  
 non est, quia hae una in castris seu bello esse prohibeban-  
 tur. Quod GVNTHERVVS de FRIDERICO I. in Li-  
 gurin. lib. 8. vers. 393. canit:

*Illecebrosa suis purgavit scandala castris  
 Equae suo coetu lixas et scorta nocuum  
 Ac petulans vulgus, satis indignanter abegit.*

Neque sine legibus imperii loquimur, ut adparet ex  
 MAXIMIL. II. Dteiter-Bestallung art. 43. „Keine unzucht-  
 » tige Weiber mit sich zu führen, oder im Lager zu haben, da  
 » aber andere unverdächtige Weiber, atque eiusdem. Artie-  
 » culs-Brief auf die teutschen Knechte art. 68. ein ieder sein Trost  
 » oder Anhang, was gemeine unehrbare Weiber sind, ausge-  
 » nommen die rechte Ehe-Weiber etc. add. BVRGER. cent. 2.  
 » obseruat. milit. u. Concordat. Ius milit. Danic. art. 43. Hol-  
 » landic. art. 4. Itaque ex his MAXIMILIANI II. consti-  
 » tutionibus satis superque perspicientes, unicuique mili-  
 » tum, et quod consequens est etiam commissariis an-  
 » nonae licitum esse suas secum in praelium ducere uxo-  
 » res; Iniurii sane contra omnem uaraginum gregem,  
 » & iniquissimi censores existeremus, si iis tempore ab-  
 » sentiae, domi damnum passis, restitutionem in inte-  
 » grum nollemus concedere. Neque hic nobis obiici  
 » potest contraria FRIDERICI I. constitutio, qui inter  
 » leges militares olim sanxit: *nemo aliquam mulierem  
 » habeat in hospitio, qui uero habere praesumserit, aufere-  
 » tur ei omne suum barnasch, et excommunicatus habebitur,  
 » et mulieri nasus abscindetur.* RADEVICK. de gest. Fri-  
 » derici I. Imper. lib. 1. c. 26. Idemque ex GVNTHERO,  
 quem



quem paullo antea laudauimus in *Ligurin. lib. 7. vers. 282.* probari potest.

*Non erit in nostris nobiscum foemina castris,  
Qui reus extiterit, spoliis nudatus abibit  
Turpiter, et naso mutilabitur illa recisa.*

uid. BERNEGGER. in *quaest. miscell. ad Tacit. de morib. Germ. cap. 7. num. 3. quaest. 41.* Verum haec nihil ad inuertendam nostram sententiam ualent, quum ex historia Sacri Romani Imperii pateat, FRIDERICVM I. imperatorem a CAROLO M. uicesimum secundum, MAXIMILIANVM I. quadragesimum octauum fuisse illiusque constitutionem per huius posteriorem plane sublatam esse. Merito ergo cum BALDO secundum SALICETVM hoc pronuntiatum statuimus: *uxor uirum militarem sequuta restitui potest militis fauore.* Verum tamen haec fatus non disputabo, an ex utilitate reipublicae sit, militari homini largiri, ut uxorem suam una ad praelium traducat. Sunt, qui conquisitis undique argumentis hunc morem tanquam militiae periculosum plane repudiant, e quorum numero est IOACH. BYRGER *lib. 2. obseru. milit. 2. in princ.* *Graviores, inquit, semper rusticis sunt, quam milites, et in castris inutiles militarem annonam deuorant. Quid miramur tot hodie de annonae inopia querelas audiri? maior mulierum, licarum, puerorum, institutorum in exercitu turba, quam milium, illa se remoueat etiam exigua totis castris annona sufficiat.* Vid. quoque s. STAROVOLSIVS in *inst. rei milit. lib. 3. c. 13.* Alii alias rationes in medium proiiciunt, sed quum nostrum non sit multis examinare, an lex quaedam cum statu reipublicae alicuius conueniat nec ne, quod ad politicam potius, et ut hoc exemplum ad militarem spectat; merito haec missa facimus abunde de uerita-



te persuasi, confirmante eam lege atque experientia. Habere tamen aliquid, quo probare possem, uxores in bello non semper inutiles esse, et quidem ex historia. HERMANNVS HVGGO in *descript. obsid. Baedanae ad ann. 810 cxxliii.* pag. 84 descripta obsidentium Hispanorum inopia et calamitate, ipse *conneatus*, inquit, *impediebatur adeo, ut trium hebdomadarum spatio (quibus nives geluque perpetuis imbribus soluebantur) uix quicquam annonae inferretur, praeter id, quod Germanorum militum uxores, quotidie instructis fere agminibus in vicina municipia excurrentes humeris in castra supportabant. Quarum mulierum quam alia quoque perpetua in viros suos essent obsequia; ligno longissime ferendo, pabulo, undiquaque conuergendo, cibariis apparandis, lintheis lauandis, suppellectili dum uasa conclamantur portandae; ea certe illarum ratio in castris habenda uideretur, ut non impedimentorum nomine, sed honore mulorum Marianorum censeantur.* Sed hoc addere liceat, quem ad modum militum uxoribus, quae animi causa peregrinae sunt, privilegio restitutionis in integrum non subuenitur, ita etiam eo modo hodie uile esse non potest. Ex V. Privilegio, quod primipilo adscriptum non obscure concipimus, simul ad nostra tempora reuocantes, eiusmodi beneficium commissario annonae denegari non posse. Quod confirmat *Heinr. Anthon* *Heisen in seinen Deutschen corpore iuris lib. III. c. 1. §. 39.* Es wird auch bisweilen gegen persönliche Dienste Pflichten Abtrag eine Steuer auferlegt, davon werden Geschlechts, Alter, und Würde halber, oder in Krankheiten und Kinder Ansehen entschuldiget alte wohlverdiente Landknechte, Weibspersonen, Männer von 70. Jahren, Kauff- Handels- und Schiff-Leute, oder die grössere Amts-Bediennungen verwalteten; item die Väter so 5. Kinder haben; Soldaten (wohin er nothwendig auch der Proviant- Director muß verstanden



standen werden) und freyer Künste Professoren, Lahme, Blinde, und die so mit dem Podagra behaftet, weilen sie ihren eigenen Sachen nicht vorstehen können. Quid autem de muneribus patrimonialibus sentiendum, et quatenus noster commissarius, ab iis excusatur, nos docet GEISEN §. 41. So geschehen nun Frohn-Dienst-Pflichten von Personen Erb- und anderer Güter wegen, als Wege-Besserung, Grund-Schätzung, Stück-Pferde, Steuer- und Kopff- oder Einwohner-Zins, tägliche Hand-Arbeit, Hofe-Dienste: von solchen Beschwerden nun soll Niemand sich löstkauffen, jedoch sind deren befreyt alle Minderjährige unter 15. und alte 55. aber in Personlichen Diensten, über 70. bis 75. Jahren, welches Alter Ehrwürdig und Ruhe bedürftig; also einige wegen ihrer dem gemeinen Nutzen erwiesenen Guithaten, oder, wie obgemeldet, eigenen 5. und mehr Kinder-Zahl halber, auch deren, die für das gemeine Beste verstorben; Andere sind entschuldiget ihrer Kranck- und Schwachheit, Armuth, geringen Standes, oder öffentlichen Ehren-Amts und Würde halben, als deren freyen Künste Lehrer und Professores, Korn-Händler, Kauff-Leute, Schiffs-Männer, Zünffte, Soldaten, vornehme Bedienten, Aerzte und gerichtliche Fürsprecher, diese aber müssen dennoch ordentlich Erb-Güter Dienste abtragen, und solche Freyheiten kommen nicht zu den Erben, es wäre denn ausdrücklich in denen Priuilegien ausbescheiden. Quum supra diximus administrationem tutelae etiam ad munera personalia pertinere, examinandum est etiam quid de ea hodie adfirmetur? Hoc autem egregie monstrat GEISEN lib. III. c. VII. §. 2. Ein Soldat kan und mag nicht, obschon mit Lust und gutem Willen, zur Vormundschaft seines nächsten Bluts-Verwandten, der nicht in Kriegs-Diensten steht oder dessen Kinder benannt, weniger zugelassen werden. Quod ad VI. VII. VIII. priuilegia adinet, de iis plura uerba facere nolo, quum adplicatio horum priuilegiorum admodum



dum facilis sit, et unusquisque, qui compendium iuris militaris legerit, nulla adhibita opera perspiciet, quid hodie utile sit. de *testamet. milit.* uid. IOACH. BURGER. *obseru. milit. Cent. v. obseru. LXXXVI.* WESENBERG. *part. 1. consil. 17. n. 32.* IO. HARPR. *in pr. n. 5. et seq. instit. de milit. testament.* BOCER. *de bell. et duell. lib. 1. c. 28. n. 8.* Haec tantum modo adiicere liceat, quod in *Recess. imper. Colon. ann. a Soter. nat. ∞ 10 XII.* sancitum est, in tit. vom Testamenten §. Und sollen die Notarien verf. oder von Rittern, die zu Felde nicht am Streit wären, da wir solche Anzahl der Zeugen nachgelassen bis auf zweene, aber die Ritter, die in Übung des Streites seyn, mögen ihr Testament machen ohne alle Solennitaet, oder form, und wie sie wollen. Quod si itaque miles uel superior, uel inferior testari uelit extra belli periculum constitutus, ad minimum duos testes adhibeat, oportet, quod si contra fecerit, testamentum pro militari habendum non est. CARPZOVIUS *Part. III. Consil. III. Def. XXVI.* Responsum in caussa DANIEL HENELS zu Wittwayda mens. August. anno ∞ 10XXXVII. adfert, cuius uerba: Ob wohl euer Schwager Gabriel Pechmann, Römischer Käyserl. Majestät Obrister, in seinem letzten Willen, so er mit eigener Hand in seine Schreib-Tafel aufzeichnet, gewisse Personen zu Erben eingefest, und sonst etliche legata verordnet, dieweil aber deumoch er solche seine Meynung in Quartier bey Friedland in sein Buchlein eingezeichnet, und nicht zu finden, daß solches im Streit, oder vor zweyen Zeugen geschehen. So ist auch selbige eures Schwagers Verordnung als ein Testamentum militare nicht kräftig, sondern ihr seyd desselben ganze Verlassenschaft des letzten Willens ohngeacht vor euer Weib und derselben Brüder einzufordern wohlbesugt. V. N. W. Haec ad commissarium annonae si una ad bellum proficiscitur mea quidem sententia haut incommode adplicari possunt. Perspectis, quae ex priuilegijs primipili generali-



neralibus nobis hodie utilia esse possunt; progrediendum ad eius singularia. Condictio ex lege contra debitores primipili competebat, ut ante tempus soluerent, si iste ex bonis suis, quod fisco debebat, satisfacere non poterat. Quippe quae **DIOCLETIANI** & **MAXIMIANI** constitutio diversimode adplicatur, hodieque fisco vindicandam esse arbitratur, **PEREZIUS** & **BRUNNEMANNUS** ad tit. *Cod. de condict.* ex L. ille scribit: *Igitur is, qui debitor est fisci, ex primipilari causa, si non habeat, unde soluat, debitor eius conveniri potest, etiam ante diem a fisco, licet debitores regulariter ante tempus non conveniantur.* Valet enim hodieque causam fisci potiore esse oportere ob necessitates publicas, soluto tamen interusurio temporis intermedium. **BEREGRINUS** de iure Fisci lib. 6. tit. 7. n. 28. **SVRDUS** de Alim. tit. 8. Priuil. 77. n. 9. Dixi autem, ob necessitatem publicam, hoc privilegium locum habere, quae verba probe notanda, alias legis dilatio contra omnem rationem esset. Ponamus enim exemplum, **Titium Sempronio** debere; **Sempronium** omnia sua obligurire adeo, ut fere ad incitas redactus sit, odorari hoc **Sempronium** eamque ob causam **Titium** saepius interpellare, ut debitum solueret: refragante autem **Titio**, **Sempronium** uelle ab **Titii** debitoribus suum debitum exigere, quod plane admittendum non esset. Nostra enim lex loquitur de causa primipilari, quae multa singularia continet, et ad priuatorum causas extendi non potest. Transfert tamen **HERING** ex aequitate hanc legem ad fideiussorem, cuius patrimonium de die in diem decretere coepit. De fideiussor. Cap. 20. §. 15. n. 32. Alii **Doftores**, sed nescio quo iure hanc legem ad emptores **Gabellarum**, conductores uestigalium, **Quaestores** dilatant, quippe qui interdum compelluntur, ut urgente necessitate principi uel reipublicae aliquid pecuniae ante tempus soluant, quum nondum aliquid debeant. Id



Id quidem certum est, teste PEREZIO, quod ad quaestores adinet, si fisco aliquid debent, nec soluendo sunt, fiscus ab eorum debitoribus id potest exigere. Vid. BRVNNEM. *ad l. 1. Cod. de Condit. ex L.* Sed alterum nulla ratione exinde probari potest. Si II. consideramus primipili privilegium; multa in eo occurrunt, de quibus disputare possumus, an hodie ualeant, nec ne? Mulier, quae primipilo nupta erat, uniuersis uiri ac nominatorum bonis excussis, fisco obligabatur, ut primipilare debitum sui mariti dote solueret.

Quaerendum est, an hodie durissima haec constitutio locum habeat? ANGELVS *ad l. 1. Cod. de privileg. fisci* adfirmat, eum, ad quaestores regio adplicari posse propter ea, quod eorum officia cum primipilari inter se ex asse conuenirent, dum curare deberent, ut pecunia aerario inferatur ad annonam aliaque in republica necessaria comparanda, unde publica utilitas penderet. Huic contradicit PAUL. de CASTRO *ad d. l. 1. arbitrans*: munera illa non eadem esse, atque ipsum argumentum non admittere extensionem, quia nimis dura et ad alia non trahenda *L. 14. de LL.* Quid enim magis durum esse potest, quam rem dotalem a fisco occupari, ut sibi satisfiat, quum mulier obligata non sit. PEREZIVS distinguit, si quaestores extra castra uersarentur, quia specialis esset ratio in primipilo, hanc legem ad eos extendi non posse. *l. 12. π. de iud.* sed qui militaris curam haberent, aut stipendia militibus soluerent, si officii sui, quod primipilari simile esset, curam non ageret, ob publicam utilitatem eodem iure coercendas esse. Argumentum ducit ex *L. 64. π. de Condit. et demonstrat.* in qua sancitum est: legem enim utilem reipublicae, sobolis scilicet procreandae causa latam adiuuandam interpretatione. Ad quae uerba BALDVS generatim scribit: *Lex reipublicae utilis, extendenda est.* Quo principio nixus PEREZIVS, suam



suam sententiam adfirmavit. Sed dubito, an BALDI regula ex illa lege tam generatim effingi possit, ad haec, si regula vera esset, utrum etiam ad nostros quaestores adcommodari possit. Cautè enim de argumentis LL. sentiendum est, de quo scripsit ALTESERRA. Nihilominus PEREGRINVS *de iure ffici lib. 6. tit. 6. n. 43.* ANTONINVS MERENDA *lib. 6. controuers. iur. cap. 39.* in eadem sunt opinione, sed quum doctorum non sit leges sancire, liceat mihi de ea dubitare, donec meliora edoctus melioribus argumentis. Esset enim contra omnem aequitatem, contra mulieres quaestorum haec statuere, quum non fecerint, ad quod non obligabatur, *l. 20. Cod. de negot. gest. ad quam CASTR. SVRD. conf. 150. n. 97. conf. 345. n. 31. conf. 565. n. 20. CRAET. conf. 362. n. 3. conf. 573. n. 1.* Officium enim, cui quaestores praesunt, non est muliebres, sed uirile et publicum. BURSAT. *conf. 328. n. 47.* a quo tamen foeminae semper eximuntur. *l. 2. n. de R. I. l. fin. Cod. de recept. arbitr. l. pen. de edend.* Quidquid tamen est, in Gallia non solum bona quaestorum, atque eorum, qui adparatui bellico atque exercitui destinata pecuniam administrant, sed etiam bona dotalia uxorum fisco obligari, et ab eo occupari testis est LE BRET. *de la souveraineté du Roi lib. 3. cap. 10. uid. PEREZIVS ad tit. Cod. de primipilo.* Verum disputantes de quaestoribus, ad aliam propositionem, pluribus difficultatibus irretitam, progrediamur. Disceptatur in utramque partem a doctoribus, utrum Quaestores eorumque uxores obligarentur, ut de residuis pecuniis, quas a parentibus, propter continuum bellum facultatibus suis paene priuatis, non exigerunt, fisco satisfaciant. Omnis controuersia eo pertinet, ut fundamentum huius obligationis consideremus. BALDVS ad *L. 11. Cod. mandat. mandatarium* inquit, *teneri de culpabiliter gestis et de culpabiliter non gestis*, ergo discernendum est, an quaestores in culpa sint. Quaestores



res sunt administratores, sunt negotiorum gestores, itaque ex quasi contractu fisco obligantur, sed his contractibus sancitum est §. 1. *L. de oblig. quae quasi ex contract. nascuntur*: exactissimam quisque compellitur adhibere diligentiam, qualem suis rebus adhibere solet, si modo alius diligentior eo commodius administraturus esset negotia. et in *fin. L. 6. π. de negot. gest.* qui negotia administrat, si quaedam gessit, quaedam non, contemplatione tamen eius alius ad haec non accessit, et si uir diligens, quod ab eo exigimus, etiam ea gessurus fuit. An dici debeat negotiorum gestorum eum teneri, et propter eas, quae non gessit? quod puto uerius. Certe, si quod a se exigere debuit, procul dubio hoc ei imputabitur: quamquam enim hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non conuenerit, quoniam conueniendi eos iudicio facultatem non habuit, qui nullam actionem intendere potuit, tamen a semetipso, cur non exegerit, ei imputabitur, et si forte non fuerit usurarium debitum, incipit esse usurarium &c. Ex quibus legibus elucere uidetur, quaestorem, si tributa non exegerit, negligentem fuisse et per consequens culpa non carere. In *L. 11. C. de ann. et trib.* constitutum est, quod praefectus, et quibus onus exigendi tributi incumbit, si negligens fuerit, non solum salaria amittat, sed etiam omnia, quae in administratione percepit, emolumenta reddere compellatur, et qui ration. usurpat offic. (der ehen verrechenden Dienst hat) ad eum necessitas pertinet exigendi, a quo expectatur auctoritas, *L. 6. Cod. de exact. tribut.* Accedit, quod eiusmodi pecuniae, debita fisci reputentur *208. part. 5. de feud. n. 14. ROSENTHAL. de feud. cap. 5. conclus. 1. n. 2. et concl. 3. n. 1. ANT. PEREGRIN. lib. 1. tit. 1. n. 39. et tit. 2. de iis, qui iura fiscalia habent*, quippe qui eas etiam ad regalia minora referunt. Ob publicam autem utilitatem per legem 2. *Cod. in quib. caus. pign. uel hypothec. tacit. contrah.* et *1. fin. Cod. quo quis oram. conuen.* putandum est, non solum maritum, sed etiam uxorem, si mariti bona ad soluendum non sufficiunt



ficiu tfo uere obligari. Sunt aliae dubitationes, quas praeter has IOACH. BURGER. *obseru. milit. L. cent. 11. in medium profert, atque ego breuibus, quoniam forsitan hic liber non in omnium manibus est, narrabo. Qui sua die non soluit, maximam negligentiam et culpam non minorem committit, L. 12. Cod. de contrah. et commit. stipulat. adeo, ut TIB. DECIAN. *respons. 60. n. 36. uol. 3. culpam et moram pari possu ambulare credat. Ideo quae ex hac mora Quaestorum culpa probari possent, CRAVETT. *consil. 989. n. 15. Deinceps dolus seu culpa exinde argueretur, quod id non rite curauerit, quod fieri omnino ab eo debebat, idcirco enim muneri praepositus est, ut illo rite fungatur, BALD. *ad l. si post. Cod. de iur. et fact. ignor. et licet alias ex factis negantibus praesumptio non exsurgat, tamen quia quaestores non fecerunt, quod eos facere oportebat, omnino ex hoc facto neganti praesumptio doli oritur. MENOCHIVS *lib. 1. praesumpt. quaeft. 23. n. 8. et *consil. 121. n. 83. Porro, qui officio alicui praesunt, si negligentes non exegerint ad modum tutorum, de suo satisfacere alteri obligantur, si debitores soluendo non sint, uel aufugerint. Vid. AMADAEI *tract. de Synd. rubr. an, et quando officialis de neglig. n. 72. CRAVETT. *consil. 716. n. 24. Ad haec, si quaestores uidissent, parentes redditus et tributa non soluere, potuissent sese abdicare ab hoc officio, L. 25. §. 2. π. locati, quoniam hoc non fecerint, in culpa sunt. MINSING. *consil. 36. n. 24. Quia uero uxores maritos non adhortatae sunt, in eadem culpa haerent. CORNEVS *consil. 143. n. 24. Culpae enim reus est, qui impedimentum non remouet, quum possit, L. 40. in pr. π. de condit. et demonstr. Tandem contra administratores, officiales, et per consequens etiam quaestores iura praesumunt, eos adquisuisse ex bonis principis, reipublicae, castri, quod administrabant. *Gloss. ad L. 5. de iur. fisci. BALD. *ad L. 2. de hered. uel act. uend. CORAS. *lib. 3. miscell. cap. 5. n. 6. et quos*************



quos alias laudat BVRGERVS c. l. Ad respondendum ad has dubitationes et ad probandam sententiam negantem difficile non erit, quum in ea re me iam pridem doctissimus BVRGERVS c. l. pfaecerit, utpote qui rem optime, ut ego quidem arbitrator, atque acutigerit. Summa autem disceptationis eo redit, utrum quaestores in culpa et dolo sint nec ne, si id non exegerint, quod tamen exigere debebant. Respondeo primum, dolum et culpam uel leuissimam in dubio non praesumi per *l. exceptione n. de fideiuss.* quod auctoritate BART. MASCARD. CRAVETT. TIBER. DECIAN. aliorumque confirmatur. Dolus et culpa in facto consistunt uel quod *l. Nerua n. depof. facta autem non praesumuntur, sed probanda sunt. l. in bello §. factae. x. de capt. et possim. reuens.* Onus autem probandi ad eum pertinet, qui culpam seu negligentiam profert, *l. chirographis. 57. n. de administr. tutor.* HARTMAN. PISTOR. *part. 2. quaest. 49. n. 3.* CARPZOVIVS hanc sententiam responso confirmat *part. II. const. XI. def. 26.* Verba sententiae: *Solche der Vormunden Schuld und Fabellässigkeit auch von euch (inmassen euch dann als dem gewesenen Wundslein vor allen Dingen obliegt) wie recht erwiesen werden möchte.* Dolus ergo uel culpa etiam in quaestore nostro probanda sunt. Caue tamen putes, B. L., sufficere ab aduersario culpam uel fraudem generatim demonstrari, sed fieri oportet nominatim et speciatim de his uel illis actibus, qui ex culpa commisi sunt. ALEX. *conf. 109. n. 4. uol. I.* SVRD. *conf. 12. n. 10.* Nisi igitur nominatim probatur, quaestores in re ditibus, indictis aut collectis colligendis negligentiores fuisse, atque hoc modo in culpam incidisse, atque exinde principem seu dominum damnum reliquationum cepisse, culpa ei adtribui non potest. Ast, inquires, culpa est non-ufus indeliberatus uirium nostrarum aliarumque rerum explendo officio sufficientium. *Celeb. KOEHLERI Exerc. Iur. Nat.*



§. 547. Igitur in ipso non usu uirium atque actu omissionis officii culpa quaestoris sita est. Culpa est enim non facere id, quod quis est facere obligatus, uel dolus ~~et~~ eodem. CORN. *conf.* 116. *uol.* 2. Sed Respondetur; culpa semper se refert ad officium quoddam, et quoniam officium est actio legibus conuenienter expedienda; culpa etiam legem supponit, quam culpa nostra uiolauimus, quatenus autem in nostra potestate non fuit seruare eam legem, eatenus etiam adfirmari non potest, nos uiolasse legem, non satis officio fecisse, et per consequens culpae participes esse. Multo minus eiusmodi actio nobis imputari potest. Vid. CRAVETT. *conf.* 362. *n.* 3. SVRD. *conf.* 150. *n.* 97. et *conf.* 347. *n.* 31. CORNEVS *conf.* 108. *n.* 4. *uol.* 1. In uiolatione enim legis libertas actionis extrinsecus atque intrinsecus consideranda est. *Celeb.* KOEHLER. c. l. §. 536. *cum coroll.* Itaque quaestori, quatenus potuerit, exegerit, et quatenus non potuerit, non exegerit reditus, illud residuum, quod non potuit exigere, imputari non potest. Multas BVRGERVS c. l. rationes adducit, ex quibus intelligatur, quaestorem non potuisse officio suo satisfacere, unius mentionem solum modo faciam. Si uel continuo bello, uel sterilitate agrorum colonorum res in eum locum peruenirent, ut pensiones, canones, datia, et alia onera praestare non potuerint: excusandus omnino est quaestor, neque ab eo iniuste residuae pecuniae efflagitandae sunt. Ad reliqua facile ipse responderis, B. L., qua de re plura de hoc argumento non scribam. Paene tamen praeterii, quod praetereundum non erat, scilicet quid de uxoribus quaestorum statuendum sit? uxoribus hoc maritorum factum imputari non posse plane existimo. Pone enim mecum maritum in culpa esse, culpa tamen unius alteri adscribi non potest. *L. quod re mibi* 5. *π. de reb. cred. l. si in Asia* 12. *in fin. π. de pos. l. ratio* 3. *§. ult. π. de action. em. l. si rem aestimatam* 14. *π. de iur. dot. l. mo-*  
ra 32.



ra 32. *S. quid ergo* 3. *de usur.* l. qui solidum 78. in princ.  
 et §. 2. l. si quis seruo. 84. *de legat.* 2. l. cui fideicommissa-  
 ria 18. in pr. *ad SCum Trebellian.* l. in condemnatione 173.  
 §. 2. *de R. I.* CARPZOVIVS hanc regulam responso  
 Scabinorum Lipsiensium adprobatam et adplicatam esse,  
 docet. P III. dec. CCLIII. Quum autem probauerim  
 quaestorem in culpa non esse, si ea non exegerit, quae  
 debebat exigere, quum non potuerit, multo minus, nisi  
 contra omnem rationem et acquitatem loqui uelimus,  
 hoc eius uxori imputabitur. Addantur etiam, quae su-  
 pra diximus. Haec quidem satis esse possent ad pro-  
 bandam legis nostrae Romanae in foris Germanicis uti-  
 litatem; sed quum Lex nostra rerum et conclusionum  
 ad nostrum Germaniae statum adplicandarum feraciss-  
 ma sit: pauca adiciam, quae ad processum prioritatis  
 seu Cridae spectant. Supra in explicatione huius pri-  
 uilegii dictum est, fisco ratione administrationis primi-  
 pilariae competere singulare ius praelationis. Hoc ius  
 praelationis ad administrationem annonae caelestis mi-  
 litiae seu piorum locorum in bonis administratorum  
 competere dicitur. *Würtemb. Land-N.* p. 1 t. 75. §. Wo  
 ein Kasten. ibi: etwas von seiner Verwaltung eingenommen,  
 et hanc sententiam in summo Dicastrio iudicando fir-  
 matam esse testatur BESOLD. *ad d. tit. 75. th. 146.* Vid.  
 LAVTERBACH. in *collegio theoret. pract.* tom. 3. p. 365. At-  
 que hac ratione a fisco ad ecclesiam argumentum duci-  
 tur, quem ad modum huic ius tacitae hypothecae cum  
 iure praelationis tribuitur, ita etiam ecclesiae haec iura  
 in bonis administratorum deneganda non essent. IO. FR.  
 ANDREOLI *controu.* 353. n. 9. HIER. ROCCA *diff. iur.*  
*select.* cap. 50. n. 91. NANIVS ACOSTA *de priuilegio credit.*  
*Reg.* 3. *ampl.* 23. n. 63. MANTICA *de tacit. et ambig. conuent.*  
*lib. 9. tit. 16.* IO. BAPTIST. ASINIVS *tract. de exsequur.*  
 §. 7. cap. 25. n. 5. MVNNOZ. DE ESCOBAR. *de ratioe.*  
*administ.* cap. 39. n. 13. HIER. ROCCA *diff. iur. select.*  
 cap. 5.

H

cap. 5.



cap. 5. n. 23. seq. MEV. part. 2. decis. 250 Illustr. STRYCK. ad BRVNI-  
 NEM. ius eccles. lib. 2. cap. 15. §. 31. Verum non solum hoc de  
 ecclesia, sed etiam de aliis corporibus, quae huic aequiparantur,  
 ualere, laudati doctores autumant. Tempore IUSTINIANI, ut ex  
 L. 23. pr. Cod. de S. S. Eccles. patet, uocabantur domus religiosae,  
 quales sunt Xenodochia, ptochotrophia, orphanotrophia, monaste-  
 ria masculorum et uirginum, brephotrophia, gerontocomia et uir-  
 focomia. Haec generatim pia uocantur, propter ea, quod olim  
 cum ecclesiis eundem finem habebant, et curam pauperum ge-  
 rebant. Vnde inualuit nomen piae causae. Vid. Illustr. IUSTI-  
 HENNING BOEHMERVS in disp. de nominibus ecclesiast. §. 4. At-  
 que ad haec pia corpora omnia, quae de ecclesiis praedicantur,  
 applicari posse statuitur, modo caueamus, ne piarum caus-  
 arum formas fingamus, quae plane nomen piae causae non  
 merentur. Quod MANZIUS in special. in iure commun. uoc pia  
 causa, et TIRAQUELLVS de priuileg. causarum piarum non fecer-  
 runt. Equis enim id, quod meretrici legatur, ut ad frugem  
 redeat, ad pias causas referret, et quae sunt alia. Quamuis au-  
 tem non negem, quod ad bona administratorum ecclesiae, et quae  
 huic familia aestimantur, piorum corporum in terris euangelicis  
 horum administratorum bona ex iuribus complurium ditionum  
 prouincialibus, et fori usu iure tacitae hypothecae quoad residua  
 obligata esse; nulla tamen lege euinci potest, hoc de iure civili  
 uel canonico ualere. Laudant nostri aduersarii cap. 1. de restitu-  
 in integrum, putantes, ecclesias pupillis et minoribus, administ-  
 ratores, tutoribus aequiparari, et quem ad modum pupillis ius taci-  
 tae hypothecae in bonis tutorum tribuatur, ita etiam ecclesiis in  
 bonis administratorum. Sed respondetur, licet quidem, quod  
 ad restitutionem in integrum ecclesiae pupillis aequiparantur, id  
 tamen ad alia iura singularia trahendum non est. HARPRECHT,  
 uol. nou. conf. 79. n. 116. Alterum argumentum desumptum est  
 ex cap. 6. X. de pign. Sed in hoc capitulo ne pro quidem extat  
 de iure hypothecae tacitae ecclesiae, in bonis administratorum,  
 competentis. HARPRECHT. c. 1. et BOEHMER. c. 1. Huc pertinet  
 Recess. prouincial. March. Daserne aber der Patronus das Debi-  
 tura



cum contraheret, soll den Ecclesiis nicht weniger in bonis patroni, als den pupillis in tutoris et reipublicae administratorum et quidem a tempore, da der Debitor Patronus der Kirchen geworden, zu sehen. Multo minus illorum opinio admittenda est, qui illud ad debita quaecumque ecclesiae et reliquorum locorum huic similia, dilatant. Nituntur argumento admodum lubrico, quia ecclesia et cetera loca fisco aequiparantur. Sed obseruandam pridem doctissimi uiri hoc argumentum a fisco ad ecclesiam et pias causas elumbe esse, et caute obseruandum.

CASP. KLOCK. tom. II. conf. 40. n. 176. hanc comparisonem ecclesiae cum fisco nulla lege tam speciatim introductam, sed potius ad somnia Doctorum referendam esse putat. *Quem admodum*, inquit, *etiam plerumque insigni amphibologia usi, et non nunquam decepti sunt, dum ea, quae de saeuore ecclesiae, quatenus proprie coetum fideliarum, & membra Christi significant, recte dicuntur, ad particulares, ut uocant ecclesias, immo ad bona earum uere secularia adaptarunt, nobis uero certum sit, ecclesiam uti iure communi, nisi specialiter reperiatu privilegiata, ab eo qui potestatem habet privilegia conferendi: ita tacitam hypothecam non induci nisi in casibus a lege expressis. Quin et TIRAQUELVVS qui ex professo concessit privilegia piae causae nullam huius privilegii mentionem facit, et sine legum dispositione uel doctorum decisione, non facile aduersandum quidpiam. num. 179. exhibendum BEVTHERVVM putat, qui ineptula argumentatione a pupillis & minoribus ducto, ecclesiam omnibus creditoribus antepone, quum neque hoc privilegium pupillis et minoribus ratione pecuniae, mutuae datae, tribuendum sit. HARTM. PISTOR. obseru. 68. Illustr. BOEHMERVS c. l. §. XVIII. Idem CARPZOVIVS, licet nobis contrarius et de quo paucis interiectis lineis loquimur, concedit part. 2. Const. Elect. 24. defn. 13. et Part. 1. Const. xxviii. Def. cxvi. perinde sicuti nec bona eius, cui pecunia pupillaris a tutore mutuo data est, iure tacitae hypothecae pupillaris sunt obligatae. Enatus est hic error et quasi uires accepit ex benignissimis interpretatiunculis, atque ex nimio in ecclesiam favore, quo religiosissimi eius salutis defensores pariti, satius esse*



duxerunt, cucullato placere popello, quam ueritatem profiteri. Fauendum est ecclesiis et piis locis, sed tantum, quantum leges et aequitas permittunt. Nam paullum inepte dictum est, si *TVSCHIVS lit. A. conclus. 333. lit. P. conclus. 337. et lit. R. conclus. 134.* id circo fauendum esse ecclesiis putat, quia quae spiritu Dei reguntur, non sint sub lege, quod summa ratio sit, quae pro anima facit. Riffum teneas, B. L. si legis *PAULI DE CASTRO* uerba in *L. sancimus 22. Cod. de SS. eccles. perpetuo mente*, inquit, tenendum, ut quando adlegatur contra te aliqua lex, quae loquitur in ecclesia, si non occurrit aliqua congrua responsio, possit docere, quod sit speciale in ecclesia. Altera huius erroris causa in eo est, ut, quem sibi pontificuli de ecclesia finxerunt sensum, quod sit respublica a ciuili separata, ubi Pontifex regnat et in partem sollicitudinis reliquos Episcopos et praelatos uocat etc. coequentibus oculis sequantur. *TVSCHIVS lit. E. conclus. s. n. 7.* Ergo ecclesia instar fisci aerarium habet, et quod consequens est, fisci iura aerario ecclesiastico adscribenda. Sed quale principium tale principiatum aiunt philosophi: Principium iam pridem ad *Garamantas* usque proscriptum est, a uiris politicissimis, qui itaque fieri potest, ut id, quod ex eo sequitur, cum ueritate conueniat. *KOEPPENIUS* ad consuetudinem animum adtendit *Dec. 48. n. 28.* arbitrans, ecclesiae iura ex hoc facile cognosci posse: praeter ea, inquit, quae hactenus de praedicatione fisci dicta sunt, eadem etiam ex generali consuetudine et obseruantia ad ecclesiae, Scholarum et Xenodochiorum debita extenduntur. Videmus enim quotidie praedictas et similes causas pias in bonis debitorum aliis creditoribus non secus ac fiscum praeserri, quamuis iure communi dispositum non reperiatur, praedictas pias causas in bonis debitorum, hypothecam uel priuilegium habere. Sed respondeo eum *EELSO* ex *L. 39. de Leg.* quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. Alterum *KOEPPENI* argumentum a causis primipularibus petitum dignum non iudico, quod multis examinetur. Vid. *BOEHMER. c. l. §. XVIII.* Ineptiora dantur argumenta, quibus sententiam suam ecclesiastici confirmare nituntur, sed quum hic



hic nostrum non sit de eis ex instituto agere: liceat ex *Illustr.*  
 BOEHMERO axioma hoc ponere: *de iure communi nomina ecclesi-*  
*astica nulla munita hypothecae in quintam classem esse reiicienda.*  
 Hoc ius commune in Marchia per *recess. ann. a Soter. nat.*  
 1601 obtinet: In den übrigen Posten, so debita chirogra-  
 pharia seyn, und ex causa mutui herrühren, können zwar die  
 Kirchen keines privilegii praelationis sich anmassen, sondern müs-  
 sen mit andern Creditoribus, so paria iura haben, in tributum  
 gehen, vid. STRYK. in *not. ad BRUNNEM. Ius eccles. l. 2. c. 16.*  
 §. 5. ad verb. *mutuo.* Eriam hoc confirmat HEINRICH ANTHON GER-  
 SERT in seinem *Teutschen Corpore iuris. Lib. II. cap. VI. §. 31. in*  
*med.* In übrigen Posten, so Handschrift-Schulden sind, und  
 aus geliehenem Guthe herrühren, können zwar die Kirchen kei-  
 nes Vorrangs-Rechts sich anmassen, sondern müssen mit an-  
 dern gleichen Rechts-Gläubigern zur Theilung gehen. Sed in  
 aliis prouinciis particularibus, ius commune limitibus contine-  
 tur, in Ducatu Megapolitano, in republica Goerlicensi aliis-  
 que a iure communi desciverunt. In Saxonia Electorali a iure  
 communi contrarium obtinere testatur CARPZOVIUS P. I. *Const.*  
*xxvii. def. cxii. Attamen in prouinciis sui Electoratus illustrissi-*  
*mus Saxo Ecclesias, Scholas, uniuersitates, stipendia, et hospitalia*  
*maiori fauore digna iudicauit, iisque ius tacitae hypothecae in ho-*  
*nis cuiuscunque debitoris assignauit. Immo Ordinat. Nou.*  
*Process. Iud. tit. 45. Ferner vermercken. etiam ad feuda exten-*  
*ditur, quod CARPZOVIUS P. II. Const. xxv. def. viii. responso con-*  
*firmat, uerba: Es wäre dann, daß euch solche tacita hypothe-*  
*ca, als einem pupillo in des Vormünden Lehn-Gütern zustan-*  
*dig wäre, auf solchem Fall hätten ihr euch, woferne die Erb-Gü-*  
*ter nicht zureichen, auch aus den Lehn-Gütern selbst zuerho-*  
*len. c. III. Priuilegium ad primipilum pertinebat, si is uxori*  
*suae sub specie uenditionis aliquid donauerat, neque deinde sol-*  
*uendo erat, haec donatio rescindebatur, ut filico satisfieret. Mul-*  
*ta huius priuilegii occasione agere possem, de donatione inter-*  
*uirum et uxorem, sed ab eius pertractatione me abstineo, pro-*  
*be recordans, hanc materiam ad nauisam fere disputatam esse a*

H ;

docto-



doctoribus. Vid. SCHILTER *Exerc. ad π. 36. §. 98. et seq. 10.*  
 PYRRH. *Anglobermaeus tr. de donat. mutua inter uir. et uxor.*  
 BOSSECK, FRIESE, SCIPIO GENTILIS, RHEIN. et reliqui. Quid in  
 foro Saxonico ualeat CARPZOVIVS P. 2. *Const. 13. def. 14. n. 2.* do-  
 cet. Inquirendum est potius, quid causae sit, cur eiusmodi dona-  
 tio inter uirum et uxorem non ualeat? forsitam coniuges contra-  
 ctus inter se inire, et quod consequitur, inter se emere, uen-  
 dere non possunt. Sed nego; haec esse rationem, quia ex legi-  
 bus patet, maritum cum uxore, et uxorem cum marito recte  
 contrahere, l. 5. §. 5. π. *de donat. inter uir. et ux.* Ex iure Saxonico  
 tamen hanc rationem aliqua ex parte admitti posse uidetur pro-  
 pter *art. 31. lib. 1. Land-Recht: Mann und Weib haben nicht*  
*gezweyert Gut, igitur etiam contrahere nec res inter se uendere*  
*queunt. Sed hoc non intelligendum est de proprietate, sed tane-*  
*tum modo de usufructu et possessione. Gloss. latin. ad text. Germ.*  
*dist. art. 31. lit. a. ex textu latin. illius artic.* Licitum igitur est  
 etiam iure Saxonico coniugibus inter se contractus pacisci, modo  
 uxor alio, quam marito curatore utatur, qui auctoritatem et con-  
 sensum suum interponat. WESENE. *conf. 11. n. 4. THOMING. dec. 14.*  
*n. 1. MODEST. PISTOR. uol. 1. conf. 1. n. 24. uers.* Derowegen ist ihm etc.

Quod quoque optimus Saxonici iuris interpres CARPZO-  
 VIVS responso corroborat in causa Andreae Bernhards zu  
 Dölitzsch: Ob nun wohl solche Ubergabe für ein Testament  
 nicht zu halten. Dieweil aber dennoch bemeldes euer Ehe-  
 weib mit Zustimmung und Einwilligung ihres Kriegerischen Vaters  
 mundes, euch ihrem Ehemann solche Breite Landes vor und um  
 100. fl. baares Geldes verkauft und zugeschlagen, ihr darauf  
 Verkäuferin eurem Ehe-Weibe das Kauf-Geld abgestattet,  
 welche sie hernach den Gerichten durch ihren Curatorem annel-  
 den, und diese Handlung dem Gerichts-Buche einverleiben las-  
 sen etc. So ist solcher Kauff zu Recht beständig, und ihr seyd  
 euch dannhero des verkauften Ackers eigenthümlichen angere-  
 massen wohl befugt. D. N. W. Haec uera causa esse nequit,  
 sed quia sub specie uenditionis in fraudem filii donatum est,  
 donatio haec rescinditur. Omnia enim a debitoribus in frau-  
 dem



dem fisci alienata semper renocari possunt. *L. 45. et 46. π. de iur. fisci. L. 6. π. quae in fraud. cred. L. 5. Cod. de privileg. fisci. L. 7. π. de mori. caus. donat. L. 7. §. 2. π. de bon. damn. L. 11. π. qui et a quib. man.* Hoc ad nostros quaestores atque officiales adplicari posse non dubito, si quid in fraudem fisci donauerint. uid. SCHILTER. *Exercit. ad π. XL. tit. XIII.* qui exemplum egregium adducit, atque responso, in quo rationes decidendi et dubitandi congerit, rem explicat. Sed alia mihi obuenit quaestio, si maritus uere uendiderit, remisit autem aliquid de pretio animo donandi, num haec donatio ualeat? Resp. cum BRVNEMANNO remissio inualida, uenditio ualida est. *L. 5. §. 5. π. de donat. inter uir. et uxor. SANCHEZ de matrim. D. 14. n. 11. MANTICA de tacit. et amb. conuent. l. 21. tit. 1. n. 21. GAIL. lib. 2. obseru. 90. n. 8. et 9. Colleg. argent. de donat. inter. Sc. in fin. th. 4.* Duae III. priuilegii considerationes a nobis fieri possunt. Altera: primipilo ante finitum annum uel officium commoda non debebantur et salaria. *L. 1. Cod. de primip.* Quod doctores ad nostros officiales dilatant, statuentes hoc pronunciatum: *Omne salarium, nec non pensionem in fine anni soluendam esse per b. L. et L. defuncta 58. π. de usufructu.* Altera: si primipilus ante annum discesserat, haeredibus petitio salua erat; unde a doctoribus effingitur axioma: *haeredes officialium totius anni salarium percipere.* *L. 1. §. 13. de extraord. cognit. L. 11. de prox. sac. scrip. L. fin. de domest. et protect. L. 15. §. 1. Cod. de aduoc. Diu. iudic. L. penult. in fin. de erog. milit. annon. L. π. de offic. adess.* BRVNEMANNVS ad *L. 1. Cod. de primip.* Hoc hodie ad doctores, professores, medicos et aduocatos &c. adplicatur, quorum haeredibus salarium debetur, licet ante finitum officium atque annum mortui sint. Quid? in multis locis liberis atque ecclesiae ministrorum haeredibus totius insequentis anni salarium datur, quod Germanice uocatur, *das Gnaden-Jahr.* ANDR. RAVCHE, *pari. l. quae. 15. num. 11.* In terra Electoratus Saxonici tantum modo eorum haeredibus semestris salarium conceditur. *D. AVSTRI Elect. Saxon. O. dinat. Ecclesiast. ann. ∞ 10 LXXX. tit. von Immunitäten, Freyheiten der Kirchen-Diener, §. Und zu ferner Gnade*



Grade. Et quod maximum et singulare est, haec pecunia ad liberos pertinet, licet patris haereditati renunciauerint. Quod ob eandem rationem ad liberos Praelatorum et Canonicorum applicatur. Hac in re Scabini Lipsienses, ut apud CAREZOVIVM est. *Part. II. const. V. def. VIII.* responderunt in causa liberorum I. E. ab H. gegen Zeitg. Ob euch nun wohl das annus gratiae verweigert werden will, in Betrachtung, daß ihr euch eures Vaters Erbschaft einmahl vertzehen, und dahero selbiger prouentium euch anzue massen nicht befugt wäret, diemeil aber dennoch bemeldes Beneficium der verstorbenen Praelaten und Canonicorum Nachkommen vno Erben nicht iure haereditario, sondern aus einer sonderbahren Concession und Verordn- nung zuständig, und also unter des Verstorbenen Erbschaft nicht mit be- griffen, noch dahero die von euch beschene renunciation haereditatis pater- nae Inbalt der Rechte auf das annus gratiae zu ziehen ic. so habt ihr euch auch, der beschene renunciatione haereditatis ungeachtet, des anni gratiae nochmahls zu erfreuen, und es werden euch die Einkünfte selbiger Jahres billig abgefollert. *D. X. W.* Immo iure Saxonico Electorali aliae- rumque prouinciarum haec dispositio etiam ad uiduas eiusmodi ecclesiae ministrorum spectat. *Ordinat. eccl. cit.* et hoc latius patet, adeo, ut, si ui- dua bona marito illata repetat, hic annus gratiae s. semelste concedatur. *Ordinat. eccl. cit. 29. p. 3.* iudem in causa MARTINI RIEDELS: Es wird solches Gnaden-Geld unter die Wittib, wenn sie auch gleich zu ihrem ein- gebrachtẽ Guth kiefere, und die Erben zugleich billig vertheilet. *D. X. W.* Vltimum V. priuilegium hodie plane extra usum esse existimo, quia lex ipsa illud ad alias extendere uetat: *ex sola primipili causa liberos etiam si patri- bus haeredes non existunt, teneri.* Ad quae uerba GOTHOFREDVS elegantissi- me scribit: *quod ius speciale est. Nam ex sola primipili causa tenentur, qui haereditatem paternam non adierunt liberi, at non ab aliis patris ueditoribus.*

Habeas, B. L., quae de primipilatu scribere lubuit. quod si primas pa- gellas legeris ob id me noli contemnere, qui antiquitates argumenti mei solius traxerim, et licet alia nostrae militiae facies sit; non potuissim ta- men, neglectis principiis, ea explanare, quae in Cap. II. et III., a me dicta sunt. Plura de hac materia facili negotio adiecissem, nisi te his pagellis contentum fore putassem, donec melior occasio atque otium commodius suppetet. Si qua tibi a ueritate aliena esse uidentur, absit, credas, me tam pertinacem rei meae esse defensorem, ut in quo errauerim, culpa carere uelim; sancte potius et mea fide suscipio.

*Corrigenda si qua sane uisa uobis hinc erunt,  
Non ero stulte repugnans: amans prae me,  
Quin statim culpanda delens, praebcam rectis locum.*

Yale et menda typographica, quae tua est humanitas, corrige. Scribe-  
bam Athenis propter Salam ann. a Soter, nat. 1000 CCXXVI.  
d. xi. Augusti.

✻ ( \* \* ) ✻











ULB Halle

005 304 989

3









1236, 8<sup>b</sup>

13

Q. D. O. M. B. V.  
DE

# PRIMIPILATV

Oder:  
Vom Commissariat-White.

AUCTORITATE  
PERILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS  
PRAESIDIO  
MAGNIFICI ET CONSVLTISSIMI

O. FRIDERICI HERTELII, IC.

ANTECESSORIS APVD IENENSES CELEBERRIMI CODICIS ET NOVELLA-  
RVM PROFESSORIS CVRIAE PROVINCIALIS COLLEGII ICTORVM  
ET SCABINATVS ADSESSORIS


AD OBTINENDAM DOCTORIS DIGNITATEM

AN. A SOT. NAT. ∞ IO CCXXXVI. D. XI. AVGVSTI  
DISPVTABIT


A V C T O R

IO. CHRISTIANVS GOECKELIVS

ISNACENSIS, H. T. SOC. LAT. AB EPISTOLIS.



IENAE LITTERIS IO. FRIDERICI RITTERI



B.I.G.

Farbkarte #13